c ¶ Citato.] ad ecclesiam suam per suum procuratorẽ, ibi enim debet citari. inf. de dolo & cõtu. causam quæ. & c. vlt. nam ipse fuit Bononiæ, ut inf. de eo. qui mitti. in posꝭ. c. vlt.

d ¶ Generalis.] potest ergo quis cõstituere generalem procuratorem ad omnia, tam ad iudicia 4 quam ad negotia, ut hic dicit. & infr. eo. petitio. tamen talis procurator transigere non potest, nec alienare de hoc dixi. sup. eo. petitio. immo quilibet tenetur dimittere procuratorem, aliàs procederetur contra absentem, si nõ defenderetur. ff. quibus ex cau. maio. item ait. & l. seq. de hoc dixi. sup. de off. deleg. consulttationibus.

[Gloss.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

[Glos. seq. reddit causam. & docet certas inducias arbitrarias, certas non.]

a ¶ Cedere.] ad hoc. n. dantur inducię deliberatoriæ, vt intra illas deliberet an cedat, vel contendat. 3. q. 3. c. inducię. §. offeratur. sed iste procurator per se deliberare non poterat, vtrū deberet cedere vel contendere super facto alterius: vnde debebat cōsulere dñm principalem; 1 ergo inducię tales esse debebant quòd posset illū requirere. vnde cū hoc non faceret, iusta fuit appellatio. terminus. n. sem per constituēdus est ſm distantiam locorum, & negotij, & personarum qualitatem. ĵ. de app. cū sit Romana. & ff. de iudi. nonnunq̄. Et ex hoc patet & huiusmodi inducię deliberatoriæ, arbitrariæ sunt: quia debēt moderari ſm locorū distantiā, & personarum, & negotij qualitatem, licet dicatur xx. dierū gaudeat inducijs, immo plus vel minus, ſm q̄ visum fuerit iudici expedire. ĵ. ut lit. non cōte. quoniam frequēter, §. si uero. Aliæ vero inducię, puta quæ dantur ad appellandū. nō sunt arbitrariæ: nam ibi iudex nihil habet officij. inf. de re iu. quod ad cōsultationem. & 2. qu. 6. biduum. quæ sunt decem dierum. ut ead. causa, & quæstio. ea quæ dantur anteriorum, & inducię quæ dantur condemnatis in causa pecuniaria. non sunt arbitrariæ, ff. de re. iud. l. 4 §. fi quis nisi causa cognita, & iusta de causa. ff. eo. l. 2. tamen quidam illas dant ad arbitriū secundum consuetudinem loci.

1 Qui non fuerat in culpa non instruēdo pro curatorem: cum lis tūc non fuisset mota, nec forsitan cogitata: & vide quod no. in Specu. de dila. §. fin. ver. sed quæro ecce. et qđ dicam. ĵ. de iura. cal. in pertractandis sup ver. omnino. Io. And.

CONstitutis. Pr ma pars narrat contumaciam, & cōdemnationem actoris. Secunda: ibi. Nos autem: cōdemnationem approbat, & causam committit. Abbas.

CASVS. Quidam prior Sagiēn. H. nomine, tenebatur in quadam quantitate pecuniæ. T. laico nomine vxoris suę: eis in præsentia Papæ constitutis, O. subdiaconum suum super causa illa concessit auditorem, oblato libello dicto priori, recessit prior sine licētia dimittēs quēdam procuratorem solūmodo ad agendum cum esset reus: auditor insufficientem eum per mandatum eius ad defendendum ipsum priorem reputans, & contumacem condemnauit eum de prædicto T. in vnam marcham sterlingorum in expensis, & dominus Papa sententiam illam ratam habet, & firmam. mādans huic episcopo quatenus partib. conuocatis audiat causam. Not. quòd qui procuratorem idoneum non dimittit, & & recedit sine licentia, contumax reputatur, & debet parti alteri in expensis condemnari.

[Glos. seq. reciterur per quæstionem, quomodo iste pro vxore auditur. secundo quærit, & soluit.]

tractanda negotia, pro eo quod competentem termi num, infra quem rectorem ipsum consuleret, vtrum deberet contendere vel cedere a quæstioni, sibi concedere denegabāt, pro eodem nostram audientiam appellauit. Quo circa mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, &c.

¶ Idem episcopo Lexon.

¶ *Si reus recedit a iudicio dimisso procuratore solummodo ad agendum, cōtumax est, & condemnatur in expensis.*

CAP. XII.

CONstitutis in præsentia nostra H. Priore Sagien. & T. laico dilectū filium O. subdiaconum nostrum super causa, quæ inter ipsos super quadam summa pecunię vertitur, concessimus auditorem. & infra.

¶ Quia Prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suę vxoris b nomine teneri dicebat, recepto libello illicentiatus c recessit, quendam procuratorem dimittens solummodo ad agēdum, d quem cum auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum, ad defendendum Priorem sufficientem non viderit, eum ex hoc reputans contumacem, ipsum prędicto T. in vnam marcham sterlingorum condē nauit, taxatione e prędhabita in expensis; & infra.

¶ Nos autē finem litibus f imponere cupientes, & q̄ ab auditore pfato factū esse dignoscitur, approbātes, Mandamus quatenus partibus conuocatis, &c.

¶ Idem.

¶ *Tenet iudicium agitatū cum procuratore reuocato, si reuocationem iudex & aduersarius ignorauerunt, h. d. secundum cōmunē intellectum, & verum.*

b ¶ Suæ vxoris nomine.] forte nomine vxoris suæ recepit iste obligationem à priore, mutuando ei pecuniā vxoris nomine illius: aut pro alio ꝯctu: pro qua etiam fine mandato agere posset in rebus ipsius præstita cautione 2 de rato, C. eo. ti. maritus. Sed si maritus habeat mandatum, non potest agere nisi quatenus in mandato cōtinetur, ut ibi dī in fi. l. præall. sic etiam nomine alterius q̄s recipit institutionē siue inuestiturā. ĵ. de prębē. accedens. & nomine alterius quis recipit vsuras: quod esse non dēt. 46. dist. sicut nō suo. sic & noie vxoris sibi potuit obligare priorem per stipulationē, sed vxori simpliciter non potuit, dicendo: promittis vxori meæ soluere tantam pecuniam? quia alteri per alterum stipulari, vel paciscī nemo pōt. Insti. de inuti. stipu. §. alteri. ff. de uer. obl. stipulatio. ista. §. alteri. nec factum alterius potest quis promittere. Inst. de inuti. stip. §. si q̄s aliū. & in præd. l. stipulatio ista. in princi. sed si vxor agere velit pro tali obligatione, numquid est præferenda illa viro? & an uir possit agere inuita vxore? Non, quia utilis actio acquisita vxori, præfertur directę acquisitæ marito, nec potest agere ea inuita. ff. de procura. si procurator. ubi dicitur, quod si procurator meus stipulatus fuerit satisdationem iudicatum solui, utilis actio mihi datur: nec potest agere procurator me inuito,

2 Et dicunt quidam hoc procedere in re coniuncta: sed alia num est ef. nec consan. guineū. sed puia est affinitatis cum inducatur de affinitate. ut not. ff. eo. ti. sed hæc. in prin. Io. An.

† Vide tex. in l. 1. cū ibi not. ff. quod cuiusq; uni uer. not.

c ¶ Illicentiatus.] 11. q. 3. certum. ideo contumax reputatur, quia nullum responsalem sufficientem dimisit.

d ¶ Ad agendum.] ideo non ualuit mandatum, quia cū Prior esset reus, debuit dimittere procuratorem ad defendendum, & non ad agendum. nisi uellet reconuenire actorem, & ideo contumax reputatur: quia non dimisit idoneum. Qualiter autem debet dimittere quis procuratorem idoneum & sufficientem, dictum est supr. eod accedens & iste procurator noluit eum defendere: quod si fecisset, non fuisset condemnatus Prior in expensis, sicut credo.

e ¶ Taxatione.] quæ semper debet præmitti ante condemnationem. 3. qu. 3. §. offeratur. & etiam iuramento præmisso. 2. q. 1. in primis. & quod me. can. c. fin. quod debuit hic premitti. Et sic no. quòd sententia super expensis pro contumacia potest ferri in absentem. & hoc est quod dixi sup. eo. querelam. de expensis scilicet quia non uenit, uel si uenit, & recedit sine licentia. condemnatur in expensis.

f ¶ Finem litibus.] infra de dolo, & contu. finem, &c. venerabilis. Bernardus.

Mandato

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

MAndato procuratoris.] CASVS. Aliquis constituit aliquem procuratorem in causa quam habet coram iudice ordinario uel etiam delegato: procurator iste cum aduersario ingressus est iudicium: dominus postmodū reuocauit mandatū a suo procuratore: quæritur utrū ea q̄ cū ipso procuratore postmodum fiūt, valeāt? Respondet Papa, q̄ si reuocatio ista ad iudicē illū uel aduersariū non peruenit, iudiciū quod ipse quasi procurator postea est expertus, ratum debet esse. Not. q̄ reuocatio peruenire debet ad iudicem uel aduersarium, alias nihil ualet quod agitur per illum procuratorem, ne de dolo quis commodum sentiret.

CAP. XIII.

MAndato procuratoris a post litem contestatam a domino reuocato,

[Glo. seq. facit quinque dicit primo quid continere debeat procuratorium. Secundo quando de procuratorio rei omnino constare debeat. Tertio q̄ procurator rei caueat de iudicato soluendo, non de rato, nisi in casibus: & septem enumerat. Quarto quando cautiones præstentur, Quinto de syndico & tutore, quòd non cauent de iudicato soluendo, & causam reddit.

a ¶ Mandato procuratoris.] de mandato procuratoris actoris dictū est §. e. c. 1. in mandato enim procuratorio debet contineri præcipue nomen eius qui constituit procuratorem, & nomen procuratoris, & in qua causa, & quod ratū habebit quod cū eo actū erit: sicut in litteris de rato, & coram quib. iudicibus, maxime si sunt delegati: coram ordinario enim non est necesse multum q̄ fiat de eo mētio. ff. de proc. ſ procuratorem & istæ litteræ mitti debent aduersario, ut certus sit. q̄b. releuatur procurator a satisdatione de rato cum de mādato dubitatur, ut ibi dr. De mandato procuratoris rei omnino constare debet: & si non ostendatur mandatum, repellitur, nec admittitur tanquam procurator etiam si dubitaretur, nisi uellet se offerre defensioni, 1 & siue q̄s habeat mandatum siue non, & quantumcunq; sit idoneus procurator rei, debet præstare aliquā aliam cautionem, ſ. iudicatum solui. C. de satisdat. l. Vnica. & ff. eo. qui proprio. §. qui alium. & l. minor. in fi. & Insti. de satisd. §. si uero quæ clausula scilicet, iudicatum solui. tria continet, ſ. q̄ defendat reum in causa, & q̄ dolum nō committat, & q̄ soluat iudicatum & hòc ipsum quod uerbum sonat. ff. iud. sol. l. iudicatum soluī. & hęc satisdatio debet interponi ab ipso dño quādo plene constituit procuratorem dum cōuenitur: & si absens extra iudicium cōstituitur, cautionē interponat p̄ suo p̄curatore, per quā fideiussor existat sub hypotheca rerum suarum Institu. de satisd. §. si uero. alias ipse met procurator exponere debet prædictā cautionē. 2 quantumcunq; locuples sit & idoneus, vt dictū est Cautionē uero de rato nō præstat procurator rei, ſ. rem ratā dñm habiturū, cū & si illie, ſ. dñs ratum nō habeat, ipse soluat de bursa sua, quia reuocare non potest dñs, Porro ubi reuocare posset, uel retractare quod actum est, debet procurator præstare cautionem rem ratā dñm habiturum, ut cum quasi defensor conuenitur rei uendicatione, uel cōi diuidundo, vel familiæ erciscundæ, uel finium regundorum, & ecclesia uel minor. & restitutionem in integrum postulādo, & cā status cum seruus clamat in libertatē ꝺ p̄curatorē dñi duplicem cautionem p̄stat p̄curator rei: iudicatum solui, & rem ratā dñm habiturum. ff. e. Pōponius. §. sed & ijs. & l. si defunctus. §. vl. q̄s in hoc iudicio vtraq; psona sustinet vicem duarum psonarum. ſ. de p̄bat. ex litteris. & ff. eo. nō solum. §. si status. & §. est & casus & cum tutor postulat ſ. suspectus, & ipse p̄ p̄curatorē defendit. ff. e. non solum. §. vl. & hmōi cautiones ante litis contes. peti debent. ff. eo. Pomponius. §. rat. habitionis procurator uniuersitatis siue collegij cautionem de iudicato soluendo nō præstat: quia sustinet uicem vniuersitatis, & iurat de calumnia in animam propriā inf. de iur. calum, c. in pertractādis. & c. seq. C. de iu. calum. l. 2. §. fin autem. q̄a quasi dñs intelligitur sicut & tutor. ff. p̄ emp.

1 Glos. in l. nō solū. §. q̄ alieno. ff. eo. Cynus. in l. 1. C. e.

2 Et anteq̄ hoc faciat, pōt iudicem recusare. excipere, & alia facere, q̄ p̄cedunt lit. cont. de hoc in §pe. de satisd. §. pen. uer. sed pone. Io. An.

Decr. Grego. Lib. I.

ris a post litem contestatam a domino reuocato, cōstituere procuratorē. 3 ſ. eo. querelā. alias nō esset differētia inter procuratorem priuatæ personæ. & syndicum vniuersitatis.

3 Nec recipere p̄curationis officium & hoc plus facit ad propositum. j. c. prox. in gl. 1. Io. And.

[Glo. seq. sic recipiscilicet primo finis qui signat contrarium, & sol. secūdo principium quod distinguit an ad solum procuratorem puenerit reuocatio, an etiam ad aduersarium uel iudicem medium arg. a contrario, & illud re p̄bat: contra q̄d inducit legem, quā soluit.]

b ¶ A domino reuocato.] circa huiusmodi reuocationem notabis. Cū aliquis reuocat mandatum factū procuratori ad agendū uel defendendū constituto, aut reuocatio peruenit ad procuratorē tantum, aut etiam ad aduersariū uel iudicē. Si tantum ad procuratorē, non præiudicat aduersario: quia iudicium quod idem quasi procurator postmodum est expertus, ratum esse dēt, ut hic, & ſ. de reſcr. ex parte decani. 4. & ff. eo. si procuratorē. in fi. & C. de satisd. l. unica. etiam ante iudicium cœptū ff. in. sol. si ante. ad idē. ff. de solu. qui hominē. §. si Titium. & l. si quis seruo. & l. cū quis. §. 1. Et si pater iusserit filio credi: postmodum ignorante creditore mutauerit uoluntatem, cessat Senatusconsultū, quoniā initiū spectandū est. ff. ad Macedo. si tamen. Et si dicā: qui voluerit cū seruo meo contrahere, periculo meo contrahat: possum mutare uoluntatem, si certificauero creditorem. ff. q̄d iussu. l. 1. primo rñ. in fi. Si uero reuocatio peruenat ad iudicem, uel ad aduersariū: quidq̄d fit cū eo, tanq̄ cū falso procuratore, non ualet, ut hic a contrario sensu ſ. de reſcri. ex parte decani. postea non procedat iudex cū illo procuratore. ſ. eod. auditis, & sic intelligitur quod dicitur. ſ. eo. ex insinuatione. &c. in nostra, qui enim vult reuocare procuratorem, certificare debet aduersariū, uel iudicem, ut hic dicit. Sicut litteræ de rato mittuntur iudici & aduersario. ff. e. si p̄curatorē. ff. rē ratā hab. ne satisdatio. sic multo fortius litteræ reuocatoriæ. Sed quare dicit, post litis contestationē? innuitur a contrario sensu, q̄ ante litis contestationem posset reuocatio fieri, etiā ignorāte iudice uel aduersario, & q̄ necesse non sit significare iudici uel aduersario sic uidetur loqui decre. ſ. eo. ex insinuatione. & c. in nostra. Ex littera illarum nunquam colligitur, q̄ reuocatio peruenerit ad iudicem uel aduersariū & tamen reuocatur, quod factū fuit per illos procuratores. Sed ibi suppletur q̄ reuocatio puenerit ad aduersarium. Sic ergo supple hic, maxime: quia idem est ante litē cōrestatā & post litem, sic enim multi possent decipi, si sola reuocatio procuratoris sufficeret, si non denunciatur aduersario uel iudici; q̄cūque fiat reuocatio, certificandus est aduersarius: alias imputet sibi quod hoc tacuit. Arg. contra. ff. mand. si mandassem. Illud in negotijs ubi nō decipitur venditor: hic decipit aduersarius, & ideo secus. Sed si reuocatio sit missa p̄curatori ante lit. contesta. & ipse occultat hoc uidetur q̄ p̄curatori sit imputandū, quod eā nō ostendit, & sententia quantum ad eum ualeat, sed non quantum ad dominum quia se liti obtulit alienæ. ff. rē ra. ha. l. 3. §. falsus. & ff. de iud. de qua re. §. 2. & ff. de rei uend. is qui se obtulit & l. prædicta. si q̄s seruo. in fin. 5 Sed hoc forsitan posset habere locū cum p̄curator est soluēdo. alias non. arg. prædictarum decr. ex insinuatione, & c. in nostra. Vel dic q̄ tenet sententia, & imputet sibi dominus, qui hoc non insinuauit iudici uel aduersario, ut probat hic littera. Item ex hac littera uidetur, qui etiam post litem contestatam indifferenter reuocari possit absque causæ cognitione. 6. & ideo contra. ff. eo. post litem autem contestatam. Non est contra: quia hoc non habet locum quando p̄curator consentit

4 Facit text. in l. sæpe. ff. de uer. sig.

5 Ponit casum. l. cū q̄s ſ. alleg. hoc addito q̄ ille Titius teneatur furti.

6 Concord. text. in l. nā procuratorē. & ibi Bar. ff. eod.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sentit. Si uero procurator nol let, debet hoc fieri causa cognita: tamen non procederetur in causa post reuocationem, nisi post causam cognitam, & tamen non debet audiri procurator, qui sibi assumpsit procurationem, uel se esserit procuratorem: quia hoc ipso suspectus est, 1 & ita sum per remou. ref. ff. e. q̄ oia. sed hoc dicit procurator ut sine nota suspicionis remoueat. vt l. pred. q̄ oia. a ¶ Vel.] p, & alias sequ. retur a contrario q̄ si reuocatio ad alterum peruenisset, valeret quod cū eo factum esset: quod non est uerum.

1 Quod ingerit operas in inuitum, Ioan. And.

NOn iniuste] sex sunt dicta principalia filius textus. Secūdum: ibi. Quamuis. Tertiū: ibi, Qui licet. Quartū: ibi, Qđ fieri. Quintum: ibi, Potuit. Sextum: ibi, Licet. Abb.

CASVS. Filiusfa. cōstitutus si procurator in aliqua causa, & etiam ad futuras lites cū quibusdam alijs, & in solidum, & ipse prænenit alios: obijciebatur q̄ non poterat esse procurator cum esset in potestate alterius: & q̄ ad futuras causas constitui non poterat: iudex nihilominus ipsum admisit: quæritur quid iuris sit. Respōdet Pap, q̄ iudex iuste fecit, qui ipsum admisit, quamuis ad futuras controuersias fuerit constitutus & licet cum alijs simul fuerit constitutus, ipse tamē prius procurationis officium occupauit, sed talis occupatio non habet locum in procuratoribus diuersis temporibus constitutis, quia dato posteriore, prioris procuratio esset reuocata.

POTVIT. Procurator condemnatus est, utrum teneatur appellare, & prosequi appellationem? Respōdet, q̄ in eo q̄ tententia est lata contra ipsum, potest & debet appellare; uel si ex aliqua iusta causa appellare non potest, debet hoc dño significare, ut si uoluerit, appellet, sed causam appellationis prosequi non tenetur inuitus. Totum est notandum quod hic dicitur. Not. quòd plures possunt dari procuratores simul. Itē no. quòd filius familias potest dari procurator. Item no. q̄ quis dando secundum procuratorem reuocat primum. Item nota quòd procurator non tenetur appellationem prosequi. Item no. quòd licitum est alicui agere nomine alterius, & non suo.

b ¶ Filiusfamilias.] filiusfa. etiam sine mandato pro patre admittitur ad agēdum & defendendum, præstita satisdatione. Immo & si esset minor: qa iustius est talem admittere, q̄ absentem indefensum condemnare. C. eod. tit. exigendi. Item potest constitui procurator ad agendū & defendendū, ut hic dicit, & ff. eo. filiusf. §. ipse quoq;. unde iudex iuste fecit qui illum admisit, nisi esset minor, quem nō debuit admittere: qa si decipiatur, potest restitui ipse, & fideiussores eius. ff. eod. minor. nisi forte pro patre ad defendendum ex benignitate, & non de rigore, ut in l. exigendi. in fi.

c ¶ Ad futuras.] ad præsentes & futuras lites bene datur procurator in diem, & sub conditione: & in perpetuum, & ad tempus. ff eod. l. 3. & 4. ad unam causam: & ad plures, & ad omnes, ut ff. eo. l. j. & l. mandato. & §. e. dilectus. & præsens. & absens dari potest. ff. eo. l. 1. in fin. nec datur inuitus. C. eod. inuitus, & debet expresse consentire, alias inuitus uidetur datus. ff. eod. filiusfamilias, §. inuitus, & quilibet qui non prohibetur dari potest. quia prohibitorium est hoc edictum. ff. eo. inuitus. §. 1. & certus debet esse procurator. ff. eod. l. 2.

[Gl. seq. arg. negatiue. soluit distinguendo.]

si hoc ignorante iudice; vel a aduersario factū fuerit: iudicium quod idem quasi procurator postmodum expertus est, ratum esse debebit.

¶ Idem.

¶ Filiusfamilias potest esse procurator in iudicio, & ad futuras lites & procurator datus compluribus simul in solidum præfertur si præoccupauit negotium: secus si diuerso tempore fuit datus. Itē procurator appellare dēt a sñia nisi ex causa excusetur, quo casu dēt domino nunciare de sententia, appellationem tamen prosequi nō tenetur.

CAP. XIIII.

NOn iniuste iudex processit, qui filiumfamilias b in procuratorem admisit; Quamuis ad futuras c controuersias constitutum.

¶ Qui licet simul cum alijs d datus fuerit, prius tamen procurationis officium occupauit. Quod fieri nequiuisset in procuratoribus diuersis temporibus e constitutis: quoniam dato posteriori, prioris esset procuratio reuocata. † ¶ Potuit

d ¶ Cum alijs.] sic ergo patet q̄ plures procuratores simul dari possunt. 2. q. 6. c. post appellationem, §. forma. in fi. & j. de test. insuper. & ff. eo. pluribus. & ff. de admi. tut. decreto. §. 1. Sed numquid ambo, uel etiam si sunt plures, simul agere debēt, uel unus sine altero? Vī quòd unus sine altero agere non possit. ar. §. de offi. delega. causam. & ff. de re iud. duo. Dicas, si plures dati sūt simul in solidum, potior est conditio occupantis, vt hic. vñ supple hic, insolidum: simile ff. eo. pluribus. & ff. de lega. 1. si pluribus in fi. & j. de ap. ut debitus. & §. de rescr. ca. capitulū sanctæ cru-

† Vide l. quis cum, ff. eod.

cis. sic ff. de admi. tut. decreto. in fi. & ff. de uer. oblig. si Titius. arg. ff de duobus, reis. ex duobus: quandoq; tamē ille dicitur occupare, qui primo ad sententiam uenit. ff. de pec. si uero. & ff. de noxa. si quis sed si simul occurrerent ad litem contestandam, iudex tunc potest eligere magis idoneum, ne repugnantia inde contingat, vt si unus negaret, & alter concederet. ff. de accusat. si plures. & ff. de admi. tut. decreto, in fi. si uero nō sint dati in solidum, sed simpliciter, tunc neuter agere potest uel defendere sine reliquo, & sunt simul admittendi, sicut iudices qui dantur sine clausula illa. quòd si nō omnes, & c. sed idē uidetur dicēdū siue addatur in solidum, siue non: cū rō illius l. si plures. §. quamuis. & l. decreto. nihilominus remaneat. & ideo forte non ponit hic in textu, in solidum, quia aduersarius ab initio prouideret sibi, ut iudex magis idoneum admitteret. Bernar.

[Gl. seq. ponit casum exemptum. & inducit simile.]

e ¶ Temporibus.] ponit tenorem illius l. ff. de procu. si quis cum procuratores. §. fi. in quo casu non est melior occupantis conditio, quia dando secundum, priorem reuocare uidetur, ut hic dicit, & l. prædicta, si quis cum p curatore. §. ult. nisi dando secundi exprimat quod priorem vult durare in procuratione ff. de lega. 1. si pluribus. sicut est in iudicibus. quia secundum rescriptum derogat primo. §. de rescip. ceterum. 2 & quandoq; secundus priori adiungitur. l. sup. de offic. del. coā. Ad unam. Itē plurium personarum & unus & plures procuratores dari possunt. ff. eo. si quis cum. §. unus. Quandoq; tamē plures personæ non possunt agere uel experiri, nisi per unū defensorē, seu defendere, ut ubi plures fideiussores sunt, & uolunt defendere eū pro quo fideiusserunt iudicatum solui. ff. iudicatum solui. iam tamen. §. fi tamē. Et plures hæredes necesse habēt dare procuratorē, ne actor incommodo afficiatur, si defensor in plures personas diuidatur, ut in l. prædicta, iam tamen. §. fi tamen. & ff. de exerci. ne in plures. Idem est in redhibitoria. ff. de ædi. edi q̄ si nolit. §. si plures. Idem est ubi ille qui agebat iudicio fam. erc. communi diui. fi. regu. decessit pluribus hæredibus relictis: quia ad omnes omnes unum procuratorem dare debent. ff. fam. erc. si familiæ erciscundæ. & ff. de proc. licet. in fi.

2 Immo. Sriū in. cib. quis. dū resc. nō tollit. mū si de. non fi. mentione. ut ibi & of. de ex. teris. sed secundo. curatore. est neces. fiat me. primi. & fit. & re. quare. scripti. est. conditio. cupā. ditui. Hostien.

[Glo.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

[Glo. seq. arguit, & remittit.]

a ¶ Contra ipſum.] bene dicit. ꝯ ipſum : quia in perſona procuratoris ſemper formanda eſt ſentẽtia. Alias non tenet C. de ſenten. & interloc. omn. iud. l. 1. ſiue ab initio, ſiue poſt litem conteſtatam procurator interuenit. C. eod. nihil. De hoc dixi. ſ. de elect. querelam. Et not. ꝙ iſte §. ponit tenorẽ illius leg. C. e. inuitus.

[Glo. ſeq. reci. per q. an domino ſcienti ſuam latam, &c.]

† vt infirmitas, paupertas, uel metus.

† Id eſt nunciare cerã teſtib. l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorãtes. ff. mand.

b ¶ Appellare.] pro curator ergo appellare tenetur, ſed proſequi non cogit. C. eo. inuitus, qđ ſi non fecerit: imputatur ei. ff. de neg. geſt. libertoto. §. vlt. in fi. Vel ſaltem denunciare tenetur dño ſuam latam ꝓra ipſum, vt dñs appellet ſi voluerit: qa culpa ipſius amiſit cauſam & ipſe non poterat diuinare: vnde imputatur ſibi. ſimile. ff. mãda. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. & hoc eſt verum cum dñs neſciuit: ſi vero ſciuiſſet certiorari non debuit. ff. de actio. empt. & ven. l. 1. in fi. & ſ. de reſcrip. ab excõicato. vnde tunc ſibi imputet dñs, ꝙ non appellauit. Vel põt dici ꝙ appellare tenetur procurator, vel dño denunciare: quia hic non diſtinguitur vtrum dñs hoc ſciat vel ignoret ꝯ ſe iudicatum: alias mandati tenebitur, niſi alterum faciat, niſi iuſta cauſa eũ excuſet, ut dicit littera ſequens, puta, iuſtus metus. tunc denunciet dño inf. de appella. c. vlt. vel inopia, ſicut dr̃ de fideiuſſore condẽnato vltra verum debitum. Qui non poteſt propter inopiam appellare, debet hoc denunciare principali perſonæ, 1 ff. mand. ſi procuratorem §. ſi ignorantes. Bernar.

huius dicti eſt efficax rõ qa licet dñs ſciat ꝯ ſe ſniãtũ, probabiliter credere potuit, qđ ꝓcurator ſolicitius appellaret. Io. And.

COnſulti ſumus.] Communis diuiſio. Secundo : ibi Taliter. Abb. Sic.

CASVS. Quædam communitas conſtituit quendam procuratorem ad impetrandũ: maior de illa cõitate, & iurati per quos cõitas regitur, erant excõicati eo tempore quo iniunctum fuit illi procurationis officium: quæritur vtrum talis procurator ꝓp hoc ab impetrando debeat repelli? Rñdet, ꝙ non eſt procurator huiuſmodi repellendus: niſi illi excommunicati expreſſi eſſent in litteris procurationis, uel niſi alias eorũ auctoritate ꝓcuratio facta fuiſſet, uel niſi ipſa cõitas ſciens eos tales eſſe, ſimul cum eis conſtituiſſet eundẽ. Not. ꝙ ſi maior pars ſcienter admittit indignũ, nihil valet ꝙ agitur: ſed ſi ignoranter, ꝓp paucos non vitiatur factũ maioris partis. Itẽ vtile vitiatur per inutile. Item expreſſe quandoque nocent. non expreſſa non nocent.

[Glo. ſeq. aperit dubium. ſecundo quærit. arg. & ſol. opponit. & opp. reſpondet.]

c ¶ Iurati.] per hoc uidebatur ꝙ procuratio non ualeret: quia maior & iurati per quos cõitas regebatur, erãt excommunicati, ipſi quaſi caput uniuerſitatis cenſentur & ipſi iurant pro cauſis uniuerſitatis C. de iur. cal. l. 2. §. hoc etiam in fin. ff. de condit. & demonſtra. municipibus. ff. ad municip. municipes huiuſmodi moribus cura totius reipublicæ commiſſa eſt, ut dicit lex illa, municipes unde uidetur ꝙ inſtitutio procuratoris non ualeat: & ſic ille procurator debet repelli, cum actores illius non reciperent. inf. de teſti. licet. Sed quid dices impetrator eſt excõicatus, impetrauit litteras ꝓ non excõicatis etiam credentibus illũ non eſſe excõicatum, vel ẽt credentibus: nunquid valent litteræ, vt per eas procedatur? Vi ꝙ ſic: quia non refert per quẽcunque preces obtentæ ſint. C. de Preci. impe. offer. vbi uerſis. & mulier etiam admittitur ad impetrandum quæ alias ad iudiciũ pro alio non admittitur. ff. de reg. iur. l. 2. C. de procu. alienã.

quoque is & debuit a ſententia in eo quod lata extitit contra ipſum a noſtrã audientiã appellare: b vel (ſi iuſta † cã excuſabat eũdem) ſaltem dño conteſtari, † vt ad appellationis beneficium cõuolaret. Licet appellationem proſequi non teneretur inuitus.

¶ Idem.

¶ Procurator vniuerſitatis cuius maiores & iurati ſunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, niſi illi in ꝓcuratorio ſint expreſſi, vel eorum auctoritate factum ſit, vel ad id ſcienter ſint admiſſi hoc dicit, & eſt deciſio notabilis, & ſubtilis.

CAP. XV.

COnſulti ſumus, an cõſtitutus ad impetrandum a communitate aliqua ꝓcurator, ab impetrãdo deberet excludi, ꝓ eo ꝙ maiores & iurati, † ꝓ quos eadem cõmunitas regebatur, tempore quo iniunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis ſententia innodati. ¶ Taliter reſpondemus, quod niſi eſſent illi in litteris procurationis expreſſi, d vel alias

Super hoc dicas, ꝙ tales litteræ bene valẽt & tenent: licet impetratur qui eas impetrauit, repulſus fuiſſet ab impetrando, ſi vice cãcellarius illum excõicatũ ſciuiſſet; cum etiam ſi principalis dominus eas impetraſſet, valerẽt eo abſoluto. ſ. de excep. pia conſideratione. de hoc teneas ſecundum ꝙ ibi no. in glo. ſed mirũ. Sed videtur ꝙ litteræ impetratæ ab excõicato non valeant, per hoc quod dicit. ſi maior & iurati excõicati, eſſent expreſſi in litteris, ꝓcurationis ꝓcurator eorum deberet ab impetrando repelli. & ipſi ijdem repelleretentur. Ergo multo fortius litteræ impetratæ ab excommunicato non valent: quia ſi excommunicatus repellitur ab impetrando & litteræ impetratæ ab ipſo repellẽdæ ſunt, Hoc ita intelligendum eſt, cum uice cancellarius, & alius qui litteras concedit, ſcit illos, l. maiorem, & iuratos excommunicatos: tunc debet procurator eorum repelli ab impetrando. quia & ipſi repellerentur: & ita non licet eis per aliam, quod ꝓ ſe ipſis nõ liceret. ſ. de teſti. licet. Excõmunicati publice nec per ſe nec per alium ad agendum, vel impetrandum. vt agant admitti debent. ſ. de excep. exceptionẽ. in fi. Si vero vice cancellarius ignorat impetrantem excõicatum, nec ꝓtra ipſum excipiat, & litteras obtinuerit valebunt, & poterit agere per eas, cum fuerit abſolutus ſ. de excep. pia. Bern.

ADDITIO. Quidam dicunt ꝙ ualent litteræ; ergo credo ꝙ nõ ualẽt: quia ſunt impetratæ ab excõicato, cuius procuratio nõ tenet. ſ. de probat. poſt ceſſionem. licet ille ad litem eſſet datus & indignum eſt ſcripturam illius admitti, cuius actor dãnat. ſ. de hære. fraternitatis. nam ſi ſciuiſſet illum talem qui tales litteras concedit, fuiſſet repulſus. ergo & tu debes repellere ipſum cum ſuis inſtrumenti. ſ. de hære. excommunicamus. §. credentes. uer. tabellio quia eadem ratio, &c. de reſcrip. ſuper litteris.

1 Dic cõtra ut ſ. de ꝓba. poſt ceſſionẽ, & hoc tenebat olim Bernar. ſed poſtea ſniã mutauit, ut ait Ioã. Andreæ quẽ uideto.

† Vide l. 1. ff. qđ cuiuſque uni. & c. cum non ignores. ꝺe præbend.

d ¶ Expreſſi.] expreſſio ergo nocet hic, 3 quia ꝓ hoc apparet ꝙ eorum mandato fuit conſtitutio facta tamquam maiorem: unde non ualet, quia ſi maior de uniuerſitate, pura adminiſtrator, conſules, prælatus excommunicati ſint, uniuerſitas agere non põt, quia qua ditionẽ fuit ſi mortua tũc habeb. 11. q. 3. nemo eꝓorum & ita quaſe. ſed nũc ſi uacare intelligit, unde agere non põt. inf. ne ſe. ua. c. 1. 2. & 3. Idem eſt ſi in procuratione non ſint expreſſi. hĩ: ſi. dũ tamen conſtet ꝙ eorum auctoritate conſtitutio facta, ut hic dicit: ſed cum expreſſi ſunt; tũc cõſtat. & ſic expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. ff. de reg. iur. expreſſa. & quia eorum auctoritate factum eſt, ꝓprium factum cenſetur: quia omnia noſtra facimus quibus auctoritatẽ impertimur. C. de ve. iure. enu. l. 1. §. ſed neque. in fin.

3 Dñt qdam hanc gloſsã tẽpore Inno ſcripſit. hĩ: ſ. de matria eius late ſ. de hic Inno. & Ioan. And.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

a ¶ Procuratoris.] puta quia dicebetur in ꝓcuratione: talis communitas fecit Titium suum procuratorem ad impetrandum, &ꝓmaior, & iurati interposuerunt suam auctoritatem.

[Glo.seq.arg.ad brocar. quod vitiatur vtile, &c. alleg.7.iura, & 5.alle.

† procurationis.

in contrarium, demum q̄rit.arg. ꝓ & contra,& soluit.] b ¶ Tales.] & ideo imputatur, quia nō debebat illos ad hoc associare. simile.3.ū elec. scriptum est.in fin. Et est arg.q̄ vtile vitiatur hic ꝓ inutile.argu.ad hoc.9. dist.si ad sacras.& 3. de offic. deleg.super qōnum.§. si vero.& 3.qu.9.pura.& ff. de ædil. edic. cum eiusdem. Sic & vna ouis morbida totum gregem inficit. 24. q.3. resecandæ. & inf.de statu regu.ea quæ.1. iñio. in fi.& 3.de offic.deleg.cū sup.arg. 5. q̄ non noceat factū illorū. 3.de elec. ilia & 7.de cle.excō. mi. si celebrat. & 3. de ele.cum Vvintoñ. & C. de trāſ.si ex fal

† Li.1. epiſ. 67.regesti & c.1.co. tit.in 1.compil.

eorum auctoritate procuratoris [a] † institutio facta fuisset, aut sciens eos esse tales, [b] ipsa communitas vna cum eis constituisset eundem, non est procurator huiusmodi repellendus.

TITVLVS XXXIX.

De Syndico.

¶ Gregorius † Papa subdiacono defensori Siciliæ.

¶ Religiosi debent habere syndicum, qui causas monasterij agat & defendat, etiam (si oportuerit) constituto illi salario.

sis.& 7.de re iudic.cū I.& A.Sed dato q̄ valeat constitutio,& impetratio litterarū,quia non sunt expressi in cōstitutione,vel alij ignorabant illos esse tales, sed cōi voluntate omnium hoc factū est,numquid poterit agere vniuersitas vel collegium per syndicū, auctoritate illarum litterarum constitutū ab illis, & ab aliis cōiter si obijcitur, q̄ maior, sadministrator prælatus & aliqui de maioribus sint excōicati,& paratus sit hoc probare excipiens? & videtur q̄ sic poterit agere: quia sicut ualet constitutio ad impetrandum, ita debet ualere constitutio syndici ad agendum, dummodo constitutio syndici similis si constitutioni procuratoris.Sed uidetur quod hoc esse non possit, quia in syndicatu debent exprimi maiores personæ,& alij etiam, & precipue prælatus administrator, ut appareat an sint duæ partes uel maior pars uniuersitatis.ff.quod cuiusque uniuer.plane.& collegium sine prelato non conuenit. nec conuenitur. inf.de iud.causam. sed hoc non potest constare nisi exprimantur nomina in ipsa constitutione. Vel satis potest dici, quod litteræ ualeant prædicto modo impetratæ,constitutio tamen syndicatus non ualeat nisi illi absoluantur, nec est hoc inconueniens, quia unus solus, uel pauci de capitulo possent impetrare litteras pro ecclesia, uel cōstituere procuratorem ad hoc, cum sint coniunctæ personæ,ut arg.sup.de rescrip.nonnulli, & 12.q.2.non liceat. Bernardus.

DE SYNDICO.

¶ Viso de procuratore, qui gerit negotia domini merito subijcitur de syndico,qui gerit negotia uniuersitatis.

Sicut studij.] Diuiditur. Nam primo premittit exordium, ponens duas causas mandati. Secundo, in medio ponit mandatum: ibi, Pro qua re.Abbas.

CASVS. Hic dicit Papa, quod ad eius officium pertinet monachos remouere a forensibus litigijs: & eodem modo ad ipsum pertinet qualiter eorum negotia debeant ordinari. Vnde mandat isti subdiacono defensori Siciliæ,quatenus loquatur cum quodam Fausto &c. constituat salarium de bonis monasterij, constituens eum syndicum siue procuratorem generalem ad

CAP. I.

Sicut studij nostri esse debet à litigijs forensibus monachos submouere, [c] ita necesse est nostra ꝓuisione, quēadmodū negotia eorū disponi debeāt, ordinare. Pro qua re tibi ꝓcipimus, quatenus cū Fausto loqui debeas cui (si voluerit) cōstituto salario, monasterii generaliter [d] debeas negotia commendare. Expedit enim pro paruo incommodo, [e] a strepitu causarū seruos Dei esse quietos.

eōia negotia monasterij in iudicio procuranda.expedit eñ ut modicum damnū sustineant, ut ab huiusmodi litigiis conquiescant,& diuinis intendant. Nota q̄ monachi non debēt esse syndici etiam ꝓ cāis monasterij: sed istud ex honestate dictum est:quia cōtrarium seruat, nec repellūtur ꝓpter hoc, c ¶ Submouere. 16. q.1.monachi.

[Gl.seq. tractat.de syndico, quid sonet hoc nomen, ad quas causas detur, a quo, an caueat de rato vel de iudicato soluēdo, an iuret de calūnia, an possit esse laicus, subdit hoc ca.de honestate loqui. I.

d ¶ Generaliter debeas negotia cōmendare.] no.q̄ hoc nomen,syndicus,nomen græcum est latine defensor 1 appellatur,& ad certam causam agendam uel defendendam eligitur. ff.de muneribus & honoribus munerum §.defensores. & generaliter ad omnes causas præsentes & futuras,vt hic & 7. de iuramento calumniæ. imperatorum.cōstituitur ab uniuersitate seu collegio uel corpore 2 ff.qd̄ cuiusque uniuer.l.1. & l.itē eorū.§.si decuriones & syndicus iste si dubitatur de mandato, dēt cauere de rato si agat, & partibus procuratoris fungitur,& ex eisdem causis mutari potest ex quibus ꝓcurator,ut l.prædicta, item eorum.§. penulti. & ulti.sed non cauet de iudicato soluendo.cū defendit, ut dictū est.5.tit.proxi. mandato. quia talis syndicus ꝓsonam sustinet uniuersitatis siue collegii: sic & tutor non cauet de iudicato soluendo, sed de iudicio sisti.C. de ad ministra.tut.l.sancimus.§. defensionē. & iurat de calum.in pertractandis.& c.imperatorum. & tutor & curator iurant de calumnia.ut C. de iuramen. calum.l.2. Item posset esse laicus, ut uidet hic in fine. quia seruos Dei litigare non oportet.2.q.7. sicut sacerdotes. & 11.quæs.1.te quidem. & c.clericum §. ex his omnibus uer.sęcularia iudicia si habueritis, contemptibiles.&c. & in auth.de sanct.episco.§. alium autem.coll.9.& 7. de iur.calum.c.1.in fi. Quod dictum est, satis esset honestum: quia quælibet persona ecclesiastica debet habere procuratorem bonæ famæ, 3 pro quolibet ecclesiastico negotio.5.q.3. quia episcopi. tamen contrariū fit quotidie. quia clerici & monachi possunt esse syndici, & tractare vtilitates ecclesiarum.16.q.1.qui uere. & c.monachi.& iuxta prædicta loquuntur solummodo de honestate.sic uidemus seruari de facto, & debet constitui quandoque ab episcopo, quandoque a capitulo, prout notatur.sup.de rescrip.c.edoceri.

c ¶ In commodo.] id est,potius deberent modicum incommodum siue damnum sustinere in eo quod dabunt syndico, & cessare à litibus, & per alios litigia exercere. Bernardus.

1 Recte loquitur hic glo.

2 De materia huius.gl.vide plene per Spec. tit. de syndico. ad de Io.An. in 6.2. 7.de noui oper.nūc.

3 Vide Hos. & Io.An. in pertract. dis. 7.de iur. calum.

DE

DE IIS QVAE VI METVSVE causa fiunt.

¶ Supra in præcedentibus tirulis vsum est de ijs q̃ sponte egimus in iudicio vel extra, merito subijcitur de ijs quæ agimus coacti & inuiti. nam iura dant remedium rescissoriũ aduersus ea quæ fiũt per metum, & appellatur actio quod metus causa. Et scias q̃ regulariter gesta per metum tenent: sed veniẽt rescindenda per actionem quod metus causa, fallit in quibusdam casibus, in quibus metus vtiatur ipso facto vt plene not. infra eo. ab bas. Et competit hæc actio ad interesse, vt colligitur in l. si cũ exceptione. in princ. ff. eod. Abbas.

† Restituta est iscriptio, nã ego ita pro legebat. Exon. epo. M. Cæsara.

De hac materia tractatur. 15. quæstio. 6. 20. quæst. 3. & 23. q. 6. & q. 5. per totum. & q. 3. i multis. & 6. q. 1. hoc tunc. 1. q. 1. § constat. 15. q. 1 merito.

TITVLVS XL.

De ijs quæ vi metusve causa fiunt.

¶ Alexander iij. Oscen.† episcopo, & Priori sanctæ Mariæ Cæsaraug.

¶ Si qs timore mortis, postea ratum non habens, religionẽ profitetur exire, & matrimonium contrahere põt secus si a principio, vel ex postfacto libere consensisset.

CAP. I.

† Post conc. Later. p. 50. cap. 13. & c. 1. eo. titu. in 1. compilat.

RElatum.] Prima pars narrat factu. Secunda dat iudices: ibi, Ideoque. Abb.

CASVS. Quidam nobilis cum haberet vxorem suam suspectam†, præcepit militibus suis, vt eã ducerent ad quandã syluam, & eam occiderent: ipsi duxerunt illam ad syluã, gradio euaginato vt eã occiderent, tandem pietate moti pepercerunt eidem sub tali conditione, quod in monasterio monialium susciperet habitum monachalem, & sic ducta fuit ad monasterium. miles maritus ipsius, misit duos episcopus ad monasterium vt ei velum imponerent, ipsi vero (quia inuenis erat, & filium paruulum habebat) suspectam habuerunt mutationem vitæ ipsius: traxerũt eam in partem, quærentes ab ipsa quare hoc faciebat, & illa rem per ordinem exposuit illis, dicens, quod timore mortis hoc faciebant, & quandocunque posset, inde recederet: alter illorum vt satisfacere videretur crudelitati viri illius, velum sibi imponere simulauit: postmodum vir de medio est sublatus, mulier statim de monasterio exiuit, & alium maritum accepit: propter quod episcopus dioece. ad instantiam monialium ipsos excommunicauit. mulier factum illud domino papæ significauit: Vnde mandat. Papa quibusdam iudicibus, quatenus dictam mulierem & virum eiusdem a sententia excommunicationis absoluant, recepto iuramento q̃ eorum stabunt mandato. deinde mulierem illã, & abbatissam, & moniales ante præsentiam su. faciat præsentari, & si legitime probatum fuerit mulierem illam monasterium intrasse non timore mortis, sed sponte: vel si etiam timore intrauit, & postmodum mortuo viro ratum habuit q̃d prius fecit, per censuram ecclesiasticam ad monasteriũ redire cogatur. Nota q̃ protestatio valet. Item votum timore mortis emissum non tenet. Item quod ab initio non tenuit, confirmatur ratihabitione sequenti.

sub tali conditione peperc erunt eidem, quod in monasterio de Colobris † habitũ susciperet monachalem: & inf. ¶ Episcopi vero missi a viro, vt ei velum imponerent: quia iuuenis erat, & filium paruulum habebat, mutationem vitæ suæ suspectam habentes, seorsum conuenerunt eandem: quæ rem patefaciens, quod mortis timore monasterium intrabat, proposuit: a & quod inde q̃cunque posset, exiret; sed alter† episcoporũ (vt viri tyrannidi satisfacere videretur) mulieri velũ b imponere simulauit. tandem viro de medio sublato, prædicta mulier de monasterio exiens, alium mãritum accepit, quos Calacuritanus Eps ad instantiam sororum, vinculo excõicationis adstrinxit; & inf. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum (recepto sacramento, quod vestro d

† Ita manuscripti emendatores sed fortassis Talabres, scribendũ alias Colubris, alias, Tolobris.

[Glo. seq. argu. pro protestatione allegat 4. iura, & vnum in contrarium, & ibi remittit. Secundo quærit, & soluit.]

a ¶ Proposuit.] hic ergo valet protestatio, ut 31. q. 2. Lotharius. 18 dist. diaconi & 7. quæst. 1. Pontifices. & supra de electio. Cumana. contra. ſ. de consti. cum M. in quibus de hoc. Sed quid si non audet protestari? Non obest. C. de re. re. generaliter. §. ipse arg. 34. quæstio. 2. non satis. in prin. quod intelligitur si constet in iudicio.

b ¶ Velum.] scilicet cõuersionis, quoniã velum consecrationis quod tantum virginibus datur imponere non debet. 20. q. 1. de votis. & inf. de reg. vidua.

† Tirasonem sis, ſ. nã hic cũ Cæsar augustano velũ imponebat, ut patet in integra.

[Glos. seq. not. ad brocar. simulationis alleg. ad primam partem septem iura, & ad secundam alia septem, & soluit.]

Velũ in monialibus duplex conuersionis & consecrationis.

c ¶ Simulauit. not. q̃ vtilis simulatio p̃mittit 22. q. 1. vtilẽ. ff. de noua. doli exceptio. in fi & 23. q. 3. dominus. ff. de do. l. 1. §. nõ fuit. & 41. d. in mãdatis, instit. de ac. §. aliæ. & 23. q. vlt. ut pridem Argum. contra. 27. di. quod interrogasti. ff. de iustit. & iur. l. 1. §. 1. & 12. q. 1. certe ego ff. de offic. præsi. congruit. §. vlt C. de iur. do. in rebus, in fin. 22. quæst. 5. cauete. & C. de ince. nupt. l. vlt. in fin. Solu. dolus, fraus, & simulatio sunt nomina reatus, qui nunquam permittitur a canone: quia qui peccat, non peccat legis authoritate. 23. quæstione 4. qui peccat. aliquando vulgari consuetudine denominat actus legitimos, & tunc permittuntur, ut in primis concor. 36. quæstio. 2. capi. nullus §. his authoritatibus, & sic simulatio boni quãdoque bona est, ut hic, & permittitur, & quandoque mala, ut hypocrisis, ut c. quod interrogasti & c. certe. & c. cauete. simulatio mali quandoque bona est, ut fuit simulatio Dauid, qui simulabat furorem, ut in dictis c. vtilem, & c. dominus & de consecr. distin. 2. accesserunt. ubi dicitur, ferebatur Dauid manibus suis, sed manibus suis nemo portatur: Christus enim manibus ferebatur. de consec. distin. 2. accesserunt.

[Glo. seq. reci. per contrarium.]

d ¶ Quod vestro.] sic. ſ. de sen. excom. ex tenore. sed 1 cõis forma est. q̃ iurer qui absoluitur, stare mandatis ecclesiæ. inf. de app. ad hoc. & ſ. de sen. excom. cum desideres. sed non refert quocunq; istorum modorũ iuret.

1 De materia huius glosæ copiose li. 3. cõmen. in directoriũ Inquisitor. schol. 6.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quia licet inret ſtare mandato iudicis, per illam formã non intelligitur aliud quam per aliam, nec magis adſtringitur, quia mandatum ſuum debet eſſe ſecundum ius, nec ad aliud extenditur: quia nec de alio intendũt

[Glo. ſeq. obijcit de negatiua, & ſoluit: iterum obijcit, & quadrupliciter ſoluit: & primã reprobat.]

a ¶ Non timore mortis. ſed 1 qualiter p̃ hoc probari, cum ſit negatiua, & iſta negatiua includit in ſe affirmatiuã hanc, ſcilicet, ſponte redigionẽ intrauit, ſimi- in fi. de renun. ſuper hoc. de hac negatiua dicunt ſ. de ele. bonæ. & hanc negatiuam credunt probare moniales, q̃ mulierẽ illa repetebãt. Sed videtur quod potius mulier illa debuit probare q̃ timore mortis intrauerit: quia moniales fuerunt in quaſi poſſeſſione illius, ſiue monaſterium, & quaſi fundata erat intentio monacharum p̃ talem poſſeſſionem, & cohabitationem, & veli ſuſceptionem, & mulier allegare videtur metum mortis. ſed qui hoc allegat, illud debet probare. ff. quod me. cauſa, non eſt. Reſpondetur q̃ verum eſt hoc, ſed quia conſtabat de conteſtatione volantatis ab initio facta, adhuc p̃ſumitur nolle. 1. q. 3. Lotharius. ff. de leg. 3. ſi quis. in princ. & qui voluntatem immutatam allegat, hoc probare debet, ut hic, & ff. de proba. eũ qui. C. de teſtam. ſancimus. & C. de app. præcipimus. in fi. & ff. de leg. 3. fidei. §. ſi rem. & ff. de lega. 1. ſi mihi. §. in rerdum. Sed hoc non habetur ex hac littera, quòd conſtaret de proteſtatione, niſi per narrationem præmiſſam. Ideo aliter dicitur: eo ipſo quod mulier hæc non probat, intelliguntur moniales probaſſe ſuam intentionem præſumptiue, cum de facto conſtare, licet non de forma facti. C. qui milit. non poſ. ſuper ſeruis. lib. 12. Vel moniales ſponte onus probandi ſubire volebant, unde mos eis gerendus fuit. inf. de reſti. ſpo. licet. in fi. ff. de proba. circa eum. & talis metus bene excuſat; ſicut timor & metus ſtupri, & timor ſeruitutis, & metus verberum. ff. eo. iſti quidem. & C. de tranſa. interpoſitas. & inf. c. prox. & quæ fiunt iuſto timore, reuocantur. C. de re. cre. l. generaliter. Vel dic, quod vtraque pars debet docere de iure ſuo. ſimile ſup. de renunc. ſuper hoc.

[Glo. ſeq. notat, ſignat contrarium, remittit & ſoluit.]

b ¶ Poſtmodum.] quaſi dicat ſi conſtaret de metu ab initio, & poſtea ſponte ratum habuit, uotum ſuum tenuit. ſimile. inf. de regul. ſignificatum, & c. cum uirum. ubi habes, q̃ iſtud quod ab initio non tenebat, per ratihabitionem roboratur; ſic & in matrimonio carnali. inf. de ſpon. ad id quod. & inf. de deſpon. impub. de illis. in fi. not. & aliud quod colligitur hic manifeſte, q̃ aliquis uxoratus, uel uxor alicuius etiã iuuenis, ſi uiuente altero ſciente & conſentiente intret religionem profitendo de timore aliquo etiam iuſto ut hic erat, & poſtea ratum habeat ſponte, uel interim etiam mortuo marito, q̃ in tñ teneat uotum, q̃ non poſſit ulterius ad ſæculum redire: & ſi redierit, compelli debet reuerti ad monaſterium, & tamen uiuente marito nõ tenebat uotum uſquequaque quantum ad maritum, quin poſ-

debeant ſtare mandato) ab excõmunicationis vinculo abſoluatis: deinde tã mulierem quã Prioriſſam & moniales præſcripti monaſterij, ante veſtram præſentiam conuocantes, ſi legitime probatum fuerit, non timore a mortis prædictam mulierem religionem intraſſe, aut quod fecit, poſtmodum b ratum habuiſſe, ipſam ad monaſterium redire, & habitum depoſitum reaſſumere † cenſura eccleſiaſtica compellatis.

¶ Idem epiſcopo Vigornien.

¶ Qui per metũ amiſſionis patrimonij ſui beneficio renunciauit, illud repetere poteſt.

CAP. II.

ABbas † S. Cadmundi, † a quo R. præſentiũ lator patrimonium ſuum tenere dignoſcitur, milites & burgenſes ad dñm eius (ſicut accepimus) deſtinauit, qui eum a domo & vniuerſa poſſeſſione expellerẽt, niſi eccleſiam ſuam penitus abiuraret: quod cum idem R. tali modo coactus c feciſſet, abbas alij conceſſit ſupradictam eccleſiam.

[Gl. seq. arg. allegat quatuor iura, in contrarium allegat. 3. primo dat vnã solutionẽ, secũdo distinguit triplicem pœnã. In fine q̃rit. arguit negatiue, & solut.]

1 Ad hoc facit stylus curiæ, quo semper sic scribitur, s̃ nõ seruantẽ arbitriũ factum sub pœna ad idẽ ĩ. eo. per tuas. Io. An.

f [Per pœnam.] sic ergo religiosi viri possunt petere pœnam conuentionalem. 1. 25. q. 2. quæcunque. & 12. q. 2. episcopus qui mancipium. & 23. dist. quanquam. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. argum. contra. ĩ. de dolo & contumac. c. 1. & 2. & ĩ. de pœn. suam. & 12. q. 2. frater nitas. Dic ¶ pœnam à iure permissam petere possunt. vt 16 q. 1. statuimus. & 1. q. vltim. quoties. & ca. sancimus. in fin. 10. q. vlt. c. vl. & satis videtur qđ possunt petere pœnam per iura priora, nisi auaritię causa extorqueant, vt ĩ. de simo. nemo. arg. Vel melius dicas, ¶ si pœna apponitur loco interesse. secũdum hoc potest petere pœnam quanti sua interest. 2. ff. de empt. & ven. prædia. sed si pœna apponitur loco contumaciæ: tunc potest peti pœna, & res. ff. de col. bonorum. l. 2. §.

2 Vide Inn. in c. suã. ĩ. de pœnis.

sua nobis querela monstrarunt, ¶ cum inter eos ex vna parte, ac hospitalarios ex altera, super vsuario a cuiusdam nemoris quæstio verteretur: in reginã b Francorũ fuit compromissum vtrinq;: quæ causæ meritis intellectis arbitriũ duxit per diffinitiuam sniam promulgãdum: & inf. ¶ Quamuis autem ẽm regulam iuris ciuilis, feminæ a publicis officijs sint remotæ, c & alibi † dicatur, ¶ licet summę opinionis existãt, si arbitrium in se suscepe-rint, vel si patronæ inter libertos suos interposuerit audientiam, ab omni sint † iudiciali examine separandæ, vt ex earum prolatione nulla pœna d aduersus earum contemptores, nullaq; pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta consuetudinem e approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis; feminæ præcellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur: Mandamus, quatenus hospitalarios, vt arbitrium ipsum præsertim cum episcoporum fuerit præsentia & consilio roboratum, sicut prouide latum est, & ab vtraq; parte sponte receptum, obseruent, p pęnã f in compromisso statutam appellatione postposita compellatis.

¶Idem abbati, & conuentui de Pigrauia. †

¶ Ecclesia exempta non potest in præiudicũ exemptionis compromittere. h. d. & clare.

CAP. V.

CVm † tempore C. Papæ præd. nostri, & infra. Super cõtrouersijs, quæ inter te, & Mersburgen. episcopum, & de libertate compromittere non potest. Et diuiditur: nam in prima recitat factum compromissi. In secunda laudum latum, quod pro parte approbat, & pro parte reprobat: ibi, Qa legitime. In tertia rationem reprobationis: ibi, Cum & si. Abbas.

CASVS. Abbas de Pigrauia priuilegia & alias indulgentias a sede Apostolica tempore Cælestini meruit obtinere, propter quod episcopus Mersburgensis, dioecesanus, eius contra ipsum grauiter est commotus, vnde abbas super controuersijs quæ inter ipsum ex una parte, & episcopum & quosdam monachos ipsius abbatis ex parte altera uertebatur, promisit se arbitrium Magdeburgen. archiepiscopi fide hinc inde data seruaturum: Archiepiscopus arbitrium sub certa forma, super controuersijs illis promulgauit, pronuncians quod abbas renunciet priuilegijs & indulgentijs libertatis: Demum orta est discordia inter ipsos occasione huiusmodi arbitrij, propter quod ipse abbas, & procuratores episcopi, ad sedem Apostolicam accesserunt: Papa examinato compromisso & arbitrio, quia constitit ei legitime, quod fide hinc inde data compromissum fuit in archiepiscopum prædictum, arbitrium ipsum decernit obseruandum, exceptis capitulis illis, quæ contra libertatem ipsius monasterij & duarum capellarum eiusdem, in arbitrio sunt expressa, quia etsi sponte vellet abbas illis.

† Pisanĩa. Pigamia.

† Ca. 2. e. ti. q. 2. quæcunque. ubi in 3. comp. de hoc. & prædicto c. qui mancipium.

CVm tempore.] Minor ecclesia in ꝑiudicium Papæ,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bas illis renunciare, de iure tñ non posset renunciare priuilegijs uel indulgentijs libertatis sine licentia Romani Pontificis, quæ indicant monasteriũ ad ius & ꝓprietatem Romanæ ecclesiæ ꝓtinere. No. ꝙ iuramentũ quatenus tangit ius alterius, non tenet. Itẽ arbitriũ pro parte tenet, & ꝓ parte non tenet. Itẽ exemptus non potest renunciare priuilegio libertatis sine licentia illius, cui sub est.

[Gl. seq. no. in iudicium compromissi, signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Magdeburgen. archiepiscopi.] ex hoc vĩ ꝙ ordinarius possit esse arbiter. 1 argu. ſ. de elec. causam quæ & in Authẽ. ut differentes iudices. §. si vero contingit. col. 9. Item & delegatus. ſ. de præsumpt. litteras. & ſ. de prẽb. nisi. & ſ. e. cũ olim. lex tñ vĩ cõtradicere. ff. eo. sed & si in seruum. §. 2. & 3. q. 7. c. infamis. §. tria. ver. si quis vero. sed hic solum prohibet quod ordinarius non põt iubere ut partes in se compromittant, ff. de tut. & cura. l. 4. §. prætor.

b ¶ Fide hinc inde data.]sic inf. eo. ex parte. C. eod. ne in arbitris. 2. sed iurare arbiter non debet. C. e. auth. decernimus, secundum quosdam, sed verius est quod nec etiam partes.

c ¶ Obseruandum.]metu pœnę, si apposita fuit. ſ. e. c. prox. vel metu iuramẽti. 22 q. 3. omne quod. & 6. q. 4. quod bñ semel. idem esset si neutrum pdictorum interueniſſet, si partes arbitrio consensissent, vel verbis. ſ. x. dies non contradixissent. C. eo. cum antea.

[Glo. seq. no. pro parte. & c. alleg. tria iura, signat vnũ contrarium, & soluit.]

d ¶ Capitulis exceptis,] No. ꝙ arbitrium pro parte tenet, & ꝓ parte non tenet. sic ſ. de pb. dilectus. &c. nisi. & 2. q. 6. post appellationem. §. si qs ex plurib. icet ui deat ꝙ arbitri snĩa nõ debent ꝓ parte valere, pro parte nõ. ff. de arbi. qd tñ. in princ. Sed illud obtinet vbi simul de pluribus debuit ferre snĩam, & non tulit de omnibus: sed in vno capitulo non põt tenere pro parte. ff. fa. erc. in hoc iudicio. Sic & sentẽtia pro parte tenet, & pro parte non, immo corrigit ſ. de test. Raynutius. & c. Raynaldus.

e ¶ Nequiueris.] arg. ff. de lib. cau. si vsumfructum. & l. 1. & 2.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

f ¶ Libertatis.] nec etiã poterat arbiter in hoc interuenire; quia in causa liberali arbiter interuenire non potest. ff. eod. non distinguemus. §. de liberali. & ſ. de in integ. restitu. causa restitutionis. in fin. Sed cõtra. ſ. de prescrip. cum olim. Sed quantum ad se, potuit renunciare, & non quantum ad Papam priuilegijs libertatis, vt ſ. de re iud. suborta. & ſ. de dona. inter dilectos: alijs autem priuilegijs bene posset renunciare. ſ. de priui. si de terra, & c. accedentibus.

quosdam tuos monachos vertebatur, te ꝓmisisti arbitrium Magdeburgen. [a] archiepi seruaturũ, & inf.

¶ Quia legitime constitit, quod fide [b] hinc inde data, compromissum est in archiepiscopum memoratum: Nos arbitrium ab ipso prolatum, decernimus obseruandum, [c] illis duntaxat capitulis [d] exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterij & duarum capellarum eiusdẽ, i arbitrio sũt expressa. ¶ Cum & si sponte volueris, de iure tamẽ nequiueris, sine licentia Romani Põt. renũciare priuilegijs, vel idulgẽtijs libertatis, [f] q̃ monasteriũ illud indicant ad ius & proprietatem Romanę ecclesiæ pertinere. †

¶ Idem episcopo sancti Andreæ, & abbati de Bechot. †

¶ *Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra cõprehensa in compromisso, ideo coram eo non fit reconuentio.*

CAP. VI.

CVm † dilectus filius, & infra.

¶ Vtrum coram arbitris reconuentioni sit locus, postulasti per sedem Apostolicam explicari. Nos igitur rñdemus, quod licet in iudicio conuenientẽ reconuenire valeat is, qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconuenire non potest, [g] cũ arbitri iudicare non valeant, nisi [h] de his tantum, super quibus in eos extiterit cõpromissũ

CVm dilectus.] Coram arbitrio non habet locum reconuentio. communis diuisio. Secundo: ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Reus conuentus in iudicio potest reconuenire actorem suum: quærebatur utrum coram arbitris locum haberet reconuentio, sicut in iudicio, cum arbitria ad instar iudiciorum sint redacta: Respondet Papa, quod licet † Beton. in iudicio cõuentus reconuenire valeat conuenientẽ: tamen coram arbitris reconuentio locum nõ habet: quia arbitri iudicare non possunt, nisi de his tantum, super quibus in eos extitit compromissum. No. ꝙ reconuentio coram arbitris fieri non potest. † Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp.

[Glos. seq. ponit quatuor vel quinque casus, in quibus non procedit reconuentio.]

g ¶ Non potest.]cessat reconuentio corã arbitro, ut hic dicit. Item in criminibus non habet locum reconuentio. 3. q. 11. c. 1. quia nõ relatione criminum, sed innocẽtia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui. Item in causa spoliationis. ſ. de rest. spolia. ex conquestione. & melius. ſ. de ord. cog. super spoliatione, nisi de alia spoliatione vbi est hoc expressum. Item in omni momentanea possessione, C. qui legiti. perso. l. vl. Item in spoliatione facta ecclesijs & ecclesiasticis viris. arg. ſ. de iure patro. relatum. §. ad hoc. & est expressum, ff. de iud. l. 2. §. item si agatur.

[Gl. seq. potuisset. apertius recitari distinguẽdo cũ Ioan. & Vicen. quod arbitraria & iudiciaria conueniunt in principio, medio, & fine causæ.]

h ¶ Nisi de his.] vel eis cohærentibus, sine quibus cã commode expediri non potest: unde potest statuere diem solutioni faciendæ, ff. eo. si cum dies §. vlti. & l. quid tamen. §. solutioni. & l Celsus. Item potest cognoscere de cã in integrum restitutionis, q̃ incidit in negotio de quo compromissum est. ſ. de in inte. rest. causa restitutionis. Sed nunquid potest cognoscere super petitione dupli, ut ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. pen. Videtur quod sic: quia sequitur ex delicto in arbitrio commisso. Sed contra arg. est quod nõ cognoscit super pœna contumacis. ff. eo. quid tamen. §. ult. arbitria tamen redacta sunt ad similitudinem iudiciorum. ff. eod. l. 1. Circa istam materiam not. quod arbitria stricta uia incedũt: nil enim extra compromissum facere potest arbiter, ff. eo. nõ distinguemus. §. vlti. nam solum id venit in arbitrium, de quo dictum est, ut ueniat. ff. eo. si cum dies. §. plenum. saluo eo qđ dicitur principio notulæ: sed in iudicio veniunt omnia quæ expresse non prohibentur. ſ. de cau. pos. cum ecclesia. & ff. de iud. solemus. Item arbiter non potest punire contumaciam litigatoris, nec testes potest cogere, ff. eodem. quid tamen. §. 1. nisi in casu quem habes ſ.

1 [Concord. rex. cum gl. & Bart. in authen. si uero contigerit. C. de iud.

¶ Hinc vĩ inferri, ꝙ ecclesia exempta non põt renunciare priuilegio libertatis ꝓtra l. si qs in cõscribẽdo. C. de pact.

2 Ibi partes iurant stare in arbitrio. Io. Andr.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bes.ẽ.de off.delcg. ſuſpicionis. & hoc eſt uerũ q̃ non põt punire contumaciã, niſi in cõpromiſſo hoc actum fit.ff.de iud.l.2.§.vlt.ff.eo.non ex omnibus.i.quæ intelligitur ſm illam de iudic. quia arbiter nullã habet iuriſdictionem.ff.de re iud. prior. Item arbiter nõ põt pronũciare niſi utra que parte præſente, niſi hoc inter litigatores conuenerit. ff. eo.diem.§.ſi quis litigatorum.Item non poteſt citare partes, niſi ad locum,in quo cõpromiſſum factũ eſt.ff.eo.ſi cũ dies.§. ſi arbiter. Item arbiter non põt delegare arbitrium. ff.eod. in cõpromiſſis. & l. nõ diſtinguemus.§.quę ſitum. Itẽ ſatiſdatio non præſtatur corã arbitro : quia ſufficit pęnę compromiſſio. in authẽ. de lit.§.ad excludẽdas. in fi.col. 8.Itẽ in arbitrio non poteſt mora purgari, vbi dies præfixus eſt ab homine. ff. eod. Celſus.ſecus in iudicijs.C.de fi.inſt.ſancimus. & ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres. Itẽ ſnia arbitri. non infamat. ff.de ijs qui no. infa. quid ergo. §. ex cõpromiſſo. & hoc ideo : quia non poteſt cognoſcere de crimine quod infamat.ff.eo.non diſtinguemus. §. Iulianus. & ſ.de in integ.reſt. cauſa.in fi.in his omnibus diſcrepant arbitria a iudicijs. Itẽ & in alio.ſi partes renunciant appellationi, & pactum faciunt de non recedendo ab arbitrio,nihilominus recedere poſſunt. C.eo.l. pen.ſecus cir.a iudicia.C.de temp.appell.l.vlt. in fi.& in quibuſdam conueniunt,qa p vtrumq; interrumpit præſcriptio.C.eo.l.vlt.in fi. & quantum ad iuramentum calumniæ.C.de iur.calum.l.1.& 2. §. ſed quia.

† Vide de hac materia Albertinum in repetitio. c.1. de hęre. lib. 6. q. 10. & in tracta. de agnoſc.aſſertio. q.26.

† Cap.4. eo. in 3. cõp.

† Dic per l. iſtã q̃ contumaciã punire non poteſt mulctã. dõ: bene tñ in expenſis condemnant do. Io. And.

¶ Idem rectori, & fratribus hoſpitalis ſancti Bartholomæi Lucani.

¶Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum conſilio;tenetur illorum conſilium in tractatu electionis requirere,ſed ſequi non adſtringitur.

CAP. VII.

CVm † olim ſuper eligẽdis in hoſpitali veſtro rectore & fratribus, inter vos & Priorem ſancti Bartholomæi Lucañ. corã iudicibus delegatis q̃ſtio verteretur,& vtraq; pars in eos compromittens[a].ipſorum arbitrium ſe ꝓmiſerit ſeruaturam. ſuper ꝓlato ab ipſis arbitrio vtrinque dubitatio eſt exorta.q̃ petiſtis p ſedẽ Apoſtolicã declarari.

¶ Nos igitur publico in ſtrumẽto arbitrium cõtinente diligẽter inſpecto, cognouimus, quod ſecundum formã arbitrij, Prior sãcti Bartholomęi Lucañ. tenetur habere conſiliũ † cũ familia hoſpitalis eiuſdem, & tractare cum ea de inueniendo rectore ꝓpter q̃ dicimus quod niſi Prior ſuper inueniẽdo rectore tractauerit cum familia hoſpitalis, & ipſius conſilium requiſierit, nõ habet poteſtatem eligendi rectorem: & ſi alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verum † habito cũ familia ſuper hoc cõſilio & tractatu, Prior libere poteſt rectorem eligere, duntaxat idoneum, ſiue concordet ſiue diſcordet, familia cum ipſo,ſuper inuentione rectoris.

¶Idem in concilio generali. †

¶ De rebus ſpiritualibus in laicum cõpromitti non poteſt.

CAP. VIII.

COntingit, † interdũ quod cum actori: & infra. ¶Ad hæc generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus [c] Prior libere poterit eligere rectorẽ,ſiue concordet;ſiue diſcordet familia cum ipſo rectore. No.q̃ forma arbitrij ſeruanda eſt.Item aliquis tenetur requirere conſilium alterius,ſed non tenetur illud ſequi.

a ¶ Compromittens.] ſic.ẽ.eod. cum tpe. ubi de hoc.

[Gl.ſeq.primo hãc interpretationẽ adducit ad duo. ſecũdo obijcit, & ſoluit.]

b ¶ Sine diſcordet.] ꝑ interpretationem huiuſmodi arbitrij, poſſum⁹ illud decretum interpretari.63. diſt.obeuntibus.Plerumque enim tenet quis quærere conſilium : ſed non tenetur ſequi illud ĵ. de regu.licet. C.de iure emphyt. l. vlt. ff.de admin.tuto. quidam decedens.§.Papinianus.ff.ubi pupil.educa.debe. l.1. Item & ſecundum hanc interpretationem videtur intelligenda illa decret.ẽ.de elec. cum in veteri . ubi de hoc. Sed videtur q̃ ſuperfluum 2 ſit petere conſilium q̃t quis ſequi non tenetur.arg. C.de proba. ad probationẽ. Sed certe poteſt eſſe q̃ tale conſiliũ ſit vtile, quia poteſt mouere Priorem ad aliq̃d faciẽdum, quod forſitan per ſe non feciſſet.arg.31.diſt. Nicæna .& ff.eo.item ſi vnus. §. ult. alias eſt lex , & incipit . ſi in tres.Et quod a pluribus quæriẽ , facilius inuenitur.20.diſt.de quibus . & C. de fideicommiſſ. l.vlt. ad fin. & argumen. ad hoc 64. diſtinct. ¡extra conſcientiam . Et diligens inquiſitio facienda eſt in electronibus . ſupra de election.cum terra . Et habito conſilio. deliberet an expediat ei ſequi conſilium . ff. manda.l. 2.in fin.Et præterea ſufficit quod ita ſcriptum eſt . ff. qui & à quibus,proſpexit. & 6.q.3. ſcriptum eſt in lege . & ĵ. de præſcriptio.ad audientiam. Et quia iſtud. arbitrium approbatum fuit à partibus , ideo ſeruandum eſt.

† al.ita: Verum habito fratrũ,& familię ſuper hoc cõſilio , & tractatu

2 Nõ eſt ſupfluum, qa vt ait Seneca in lib. de 4. virtutib. Prudẽtis eſt propriũ examinate conſilium.

† In cõci. generali Lateran.c.40.

† Cap.1.eo. ti.in 4. cõp. & reliqua pars huius capitis, hĩ ĩ c.contingit. ĵ.de dolo & contum.

COntingit.] CASVS. Prohibetur & in hoc capitulo ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum.No.q̃ nõ valet compromiſſio facta in laicũ de rebus ſpiritualibus.

[Gl.ſeq.fortificat textum.ꝑ tria iura.allegat quinque iura in contrarium, ſoluit diſtinguendo ciuiles & ſpirituales cauſas : laicos ſolos , & mixtos clericis auctoritate Papæ & inferiorum.]

c ¶ Spiritualibus .] ſic enim patet quod de rebus ſpiritualibus in laicum compromitti non poteſt , etiam incidenter : qu a laicus de talibus cognoſcere non poteſt. infra qui fil. ſint legit. lator. Et eccleſiaſtica negotia tractare non debent laici.infra. de iudic.decernimus. Et de vniuerſa eccleſia male iudicat , qui quærit iudicium.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iudicium laicorum.11.q.1.placuit.Sed 5.2.q.7.nos si. & 16.q.j.plures.32.dist.c.præter hoc.§.verũ.& §.2.q. 5.Mennã.nam & in infamẽ compromittit.3.q.7.c. in famis.§.tria.in fi.dicas ꝙ de rebus mere ciuilibus quibus nullum spirituale est annexum, bene potest compromitti in laicum. argu.huius cap.cum enim tm̃ prohibeat de spiritualibus: de tẽporalibus permittit. argu. quia quod de vno prohibetur, de altero cõceditur. 25.dist.qualis. j.eo. exposita. Si uero cõpromittatur in laicum de rebus etiam spiritualibus, non tenet arbitrium,ut hic. Sed si compromittatur in clericũ & laicum, auctoritate tamen superioris. videtur ꝙ ualeat, tum qa non simpliciter in laicum, tum qa auctoritate superioris. j.eo.cap.proxi. alias auctoritate propria hoc facere non possent, & magis dignũ trahit ad se minus dignũ, ut sic potius res ualeat quam pereat. j.de consecr.eccles. vel alta.quod in dubijs.& j. de verb. signifi.abbate. sed in laicum tantum compromitti etiam auctoritate episcopi nõ potest. sicut credo, nisi auctoritate Papæ, vt 32.dist.ca. præter hoc. §.verum.2.q.5. Mennam.& c.nos si ea.causa.q. 7. episcopus etiã causam spiritualem laico committere non posset: cũ ius spirituale non cadat in laicum:96. dist. bene quidem. & argu.s.de elec.sacrosanct. & ca. Massana.1 Vnde dico quod laicus de rebus spiritualibus nullo modo iudicare potest nec principaliter nec incidenter. Et quod ecclesiasticis personis tantum causa spiritualis sit committenda.est argum. sup. de offic. delega. cum te consulente, & ca. super quæstionum. §. fin.versic. quod si.

† Cap.2. coit.in 4. cõpil.

† Pisia.

1 Per quæ iura patet ꝙ ẽt sup electione prælati vel clerici nõ posset in laicũ compromitti secũdum Inn. Io. An.

compromittatur in laicũ: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

¶Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Auctoritate iudicis causa etiam delegati potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti, & si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mãdari. licet per generalẽ procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium, approbatum & pœna fuit apposita, agitur ad pœnã alias ad interesse. h. dicit, generaliter inhærẽdo litteræ.

CAP. IX.

PEr † tuas litteras intimasti, quod cum super executione arbitrij, quod inter hospitalarios sancti Ioãnis, & plebanũ de Piscia †, super hospitali sancti Allucij † latum erat, a nobis litteras accepisses: & infra.

¶Plebanus proposuit, ꝙ † ad causam tractandã procuratori dedit generale mandatum [a], non tñ ei mandauit, vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere sup eo. Et preterea procurator iam dictus de assensu canonicorum [b] suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitriũ non valere. ꝓsertim cum procurator fines mandati excesserit, & arbitrium fuerit per vnum clericum & duos laicos ꝓmulgatũ, licet ipsi de assensu Genué. † archiepiscopi, cui causa cõmissa fuerat, arbitriũ protulissent, & infra.

¶Super quo fraternitati tuæ taliter respõdemus quod si ex parte plebani arbitriũ receptum fuit, indistincte ratũ debet haberi, & executioni mãdari secundum formam mandati Apostolici: Si vero non fuit receptum, distinguitur, vtrum fuerit de obseruando ipso pœna statuta, uel non; si pœna fuit apposita, potest agi ad pęnam; si nulla fuit pœna statuta, sed simplicitet promissum fuit ꝙ staretur sententiæ arbitrorum, ꝓcurator ad interesse poterit conueniri: quia iuramento suo seipsum ꝓsonaliter obligauit, & non ecclesiam: quod autem a duobus laicis, & ab vno clerico dr̃ esse latum, non nocet: cum auctoritate dicti archiepiscopi factum sit, cui causa de qua compromissum est, fuerat delegata. Nota ꝙ procurator generaliter ad agendũ vel defendendum datus, non potest compromittere vel transigere sine speciali mandato. Item procurator de consensu capituli constitui debet. Item procurator fines mandati non debet excedere: quod si fecerit, ecclesia. vel dominus non tenetur, nec ei nocet, vt hic patet. Item iuramentum personale est, & ideo non obligat alium quam iurantem. Item in laicum & clericum de re spirituali & auctoritate superioris potest compromitti, vt hic videtur.

† Albat...

† In aliq... uetusti... mis exe... ribus ita... licet ad c... tractãdam... procurato... suo dede... generale m... datum &... quæ le... planior...

† V... ciu... cui...

† Iannu...

PEr tuas.] In prima parte ponitur consultatio. In secunda diffinitio, alias distinguens respõsio: ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Inter hospitalarios sancti Ioãnis, & plebanum de Piscia super hospitali sancti Allucij quæstio vertebatur: causa super hoc fuit cõmissa Genueñ. archiepo, Tandẽ ꝓcurator plebani cũ parte altera auctoritate Genueñ. archiepi iudicis delegati, compromiserunt de quæstione illa in vnum clericum & duos laicos iuramento à procuratore plebani interposito: illi ꝓtulerunt arbitrium: hospitalarij impetrauerunt litteras ad archiepm P. sanum super executione arbitrij, cum plebanus nollet arbitrium obseruare, plebanus coram archiepo proposuit, ꝙ ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non tñ ei mãdauit vt sine speciali mandato compromittere posset vel transigere: & procurator ille de mandato capituli sui non fuerat constitutus. & ideo dicebat arbitrium non valere. cum procurator fines mandati excesserit: & præterea arbitrium illud fuerat per vnum clericum & duos laicos promulgatum, & ideo etiam non ualebat. archiepiscopus super his consuluit dominum Papam respondit Papa, ꝙ si ex parte plebani arbitriũ receptum fuit, indistincte ratũ debet haberi, & executioni mãdari secundum formam mandati Apostolici: Si vero non fuit receptum, distinguitur, vtrum fuerit de obseruando ipso pœna statuta, uel non; si pœna fuit apposita, potest agi ad pęnam; si nulla fuit pœna statuta, sed simplicitet promissum fuit ꝙ staretur sententiæ arbitrorum, ꝓcurator ad interesse poterit conueniri: quia iuramento suo seipsum ꝓsonaliter obligauit, & non ecclesiam: quod autem a duobus laicis, & ab vno clerico dr̃ esse latum, non nocet: cum auctoritate dicti archiepiscopi factum sit, cui causa de qua compromissum est, fuerat delegata. Nota ꝙ procurator generaliter ad agendũ vel defendendum datus, non potest compromittere vel transigere sine speciali mandato. Item procurator de consensu capituli constitui debet. Item procurator fines mandati non debet excedere: quod si fecerit, ecclesia. vel dominus non tenetur, nec ei nocet, vt hic patet. Item iuramentum personale est, & ideo non obligat alium quam iurantem. Item in laicum & clericum de re spirituali & auctoritate superioris potest compromitti, vt hic videtur.

a ¶ Generale mandatum.] bene allegabat: quia licet haberet generale mandatum, transigere tamen non poterat seu componere. ff.de procu.mandato. & C. de transanct.transactionis, Sed si clausula de rato fuit apposita, tunc videtur ꝙ transigere possit, aliter nõ, quia adiectio illius clausulę aliquid operatur. argum. ff.de vsur.si stipulatus. & j. de religio.domi. cum dilectus. & videtur expressum.s.de trãsac. contingit. Sed obñare videtur.ff.mand.creditor. §. vlti. Dic de hoc ut notatur in prædicto cap. cum dilectus. & vt dixi supra de transactio.contingit. in glos. quæ incipit, nota, in fine.

[Gl.seq.cum seq. ordinatim iustificat primam, secundam, & tertiam allegationem plebani.]

b ¶Canonicorum.] vnde non valuit quod per eum factum fuit, si consensum canonicorum non habuit. s. de procu.c.1.capitulum sine consensu pręlati agere nõ potest. j.de iudic.causam quæ. De hac materia dictum est.s.de rescript.edoceri.& s.de procu.c.1.

c ¶Fines mandati.] vnde non valuit quod vltra fecit s.de offic.delega.cum olim.& C. de procur. si procurator.& ff.mand.si diligenter. a. & sup. de rescriptis. cum dilecta.

Semper f... fies ... custodiendi... funt...

[Glo.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

[Glos.seq.iustificat mandatum Papæ dicens id sumi ex trib.legib.in fi. quærit opponendo, & soluit.]

a ¶ Ratum haberi debet.] licet procurator non habuisset mandatum ad hoc, ex quo tñ clerici ratum habuerunt arbitrium, est obseruandum: & valet, ff.de procu. mãdato & ẽ.de ita fact.contingit. Idem esset si egressus fuisset fines mãdati, ex quo ratũ habuit dñs factũ procuratoris. ẽ.de offi.deleg.cum olim. Idem esset & si nullũ mandatum habuisset, postquam ratum habuerũt: qđ eorum nõie fecit. ff. de iudi. licet verum. ideoque debet arbitriũ executioni mãdari. vt hic dicit. Et quod dr hic, colligitur de tribus legib. Si enim arbitrium à partib. approbatur, vel etiam filẽtio decẽ dierũ, ex eo datur actio, & exceptio. C. eo. cum antea. Si vero arbitriũ non fuit receptum, & pœna fuit appositа: tunc agitur ad pœnã. C. eo. l. 1. & ita per pœnam ad seruandum arbitrium quis compellitur. ẽ.e. dilecti. Si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter compromiserãt stare arbitrio, agi potest ad interesse ex stipulatu. & hoc vltimum colligitur. ff. eo. diem. §. vlti. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. vlt. vnde iste procurator tenetur ẽm istam distinctionem ad pœnam, vel ad interesse, cũ ipse seipsum ẽt suo iuramento personaliter obligauit, si nõ habebat ad hoc mãdatum. Sed qualiter agitur cõtra procuratorem cum ipse non intenderit se obligare, nec aduersarij intendebant eum sibi obligare? Sed ideo conuenitur, quia se obtulit defensioni alienæ, cum non haberet mandatũ sufficiens ad hoc. ff. de proc. Plaucius. & licet pars aduersa non intenderat eum sibi obligare, tamen obligatur, vt dicit lex: quia sæpe extra id quod agitur nascitur obligatio. ff. commod. si. 15. in fine.

[Gloss. seq. notat, quod delegatus, &c. signat contrarium, & soluit.]

b ¶ Auctoritate.] & ita auctoritate superioris potest compromitti in laicum, & clericum simul de reb. spiritualibus, de hoc dictũ est sup. ca. proxi. Item vr hic q delegatus mandauit sententiam arbitri executioni, & si ipse nollet procedere, quòd delegatus possit arbitrum compellere, & non ordinarius. arg. C. de iudicis. l. vlti. arg. contra. infr. de foro comp. si quis contra. Sed hoc verum est quando delegatus datur vel ad exequendum arbitrium, vel ad compellendum arbitrum: aliàs ordinarius debet compellere arbitrum, vt proce lat. ff. eo. l. 4. §. ait prætor Bernard.

ni arbitrium receptum fuerit, indistincte ratum habere debet: ac per hoc iuxta tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, vtrum fuerit, vel non, de obseruando ipsum pœna statuta. Et quidem si pœna fuerit appositа, agi potest ad pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter quod staretur sententiæ, fuerit compromissum: procurator ad interesse poterit conueniri, † quia iuramento suo seipsum personaliter, non ecclesiã poterat obligare, Quod autẽ a duobus laicis & vno clerico dicitur esse prolatũ, nequaquam obuiare videtur, cum auctoritate b dicti archiepi factum sit, cui causa de qua dicitur cõpromissum, fuerat delegata.

† Vide l. Flauius. ff. de p cura.

¶ Honorius tertius archiepiscopo Colonien.

¶ Si per duos electos ad eandem prælaturam, in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum, ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit superiure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem, hoc dicit.

CAP. X.

EX parte tua nostris est auribus intimatum, q vacante præpositura sancti Cuniberti in Colonia, canonici eiusdem ecclesię vota sua diuiserũt c ĩ duos videlicet H. de Iuliaco, † & C. de Lombardia, & inf. Cumq; postmodũ tractaretur super electione hmõi, & partes in tua præsentia constitutę, in te demum super hoc fide d pręstita, compromittere curauerũt, qui causę meritis diligenter inspectis, ad proferendã difinitiuam sniam, diem ipsis consentientibus pręfixisti. Interim vero prefato H. ab vna parte electo sublato de medio, supradictis canonicis inhibere curasti, e ne tua pendente sẽtia, procederetur ad electionem aliam faciendam, quorum

CASVS. Vacante præpositura sancti Cuniberti in Colonia, canonici eiusdẽ ecclesiæ: vota sua diuiserũt in duos: quidam elegerunt H. de Iuliaco, & quidam alij elegerunt. C. de Lombardia: postmodum cum partes essent in prẽsentia Colonien. archiepi, & tractarent super huiusmodi electionib. in ipsum super hoc fide prætita cõpromiserunt: qui causæ meritis diligẽter auditis & intellectis, diem ad ferendã dif finitiuam sententiã partibus assignauit: pendente dilatione alter electus. H. de Iuliaco de medio est sublatus. Archiepus hoc audito, canonicis phibuit, ne pendente sua snia ad aliam electionem pcederent, sed quidam eorum nihilomin9 B. Colonien. canoni cum in præpositum elegerunt: die ergo quo debebat ferri sẽtia, partib. coram archiepo cõstitutis, dictus B. allegauit, q archiepus ulterius procedere non debebat, cũ per mortẽ alterius compromittẽtis videatur cõpromissum finitum: archiepus consuluit super hoc dñm Papã. Rñdet Papa, quod licet compromissum per mortem ipsius H. sit finitum, prius tamen de meritis prioris electionis cognoscere debuit, quam processus fieret ad secundam: quia dictus. C. superstes ius habet: secundus vero non. Not. q finitur compromissum per mortem alterius compromittẽtis, secus in iudicio.

† Galibertũ.

† Viliaco.

a ¶ Vel cũ arbiter assumptus sit ad cognoscendum de recusatione legati. ẽ. de offi. delesuspicionis, ut Io. And.

c ¶ Diuiserunt.] quod non est nouum nec reprehensibile. 8. q. 1. non est nouum. & 63. dist. c. vlt.

d ¶ Fide prætita.] de qua habes. sup. eo. cum tempore. secundum leges non debent iurare, sed pœnam possunt partes apponere. in auth. de iud. §. quia vero. coll. 6. & C. eo auth. decernimus.

e ¶ Curasti.] & bene; quia pendente electione illius superstitis, non est alia electio celebranda. sup. de elec. cõsiderauimus. & ista electio primo debuit reprobari quã fieret transitus ad secundam. infr. de concessione præbendæ. post electionem ad fin. & supr. de electionibus auditis. vbi de hoc.

[Gl. seq. ponit duo, quæ fortificant allegata per B. & eis respondet.]

a ¶ Alle-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

a ¶ Allegauit.] & male, vt declarant sequentia: quia primo constare debuit de hac electione, vt dictum est in prima notula, sed mouit eum forte, quia dicit lex quod mortuo altero ex litigatoribus. qui dederat fideiussorē iudicio sistendi causa, prætor non debet eum iubere amodo exhibere, ff. qui satisda. cogan. si decesserit. & sententia lata post mortē litigatoris non valet. ff. de re iudi. in summa. §. vlti. & l. seq. Sed hoc non est verum generaliter, immo sn̄ia debet ferri post mortem, saltem propter accessoria. ff. de rei vēd. vtique. & mortuo eo qui appellauit, necesse est hæredibus causam finiri. C. si penden. appel. mors interue. l. 1. quasi per tot. Ita & hic necessaria est sn̄ia quantum ad canonicos, qui quasi hæredes sunt quo ad ius eligendi, si alterius electio cassetur, & quātum ad alium electum, vt sciatur an sua electio sit canonica, per mortē alterius non perdit iste ius suum, nec acquirit si ius non habebat: ideoque debuit iudex causām finire antequam sic tertius eligeretur vt de omnibus constaret. Sed illa videbat melior allegatio, ꝙ vltēri non procederet: quia cum ipse cognosceret tanquam arbiter ex compromisso, & cōpromissum finiatur morte litigatoris, vt hic dicit, & ff. eo diem proferre. §. 1. & l. sed interpellatur. vlterius cognoscere nō debebat. Sed licet sit finitum compromissum per mortem alterius, tamen procedere potest, cum sit iudex ordinarius suo iure propter rationem quæ redditur. & sup. & in ipsa l. littera inferius: nec vt verus arbiter cognoscebat, argu. infr. de præb. nisi quia de matrimonio carnali in arbitrum compromitti non potest. sup. de transac. ca. vlt. & sup. de in integ. rest. c. pen. in fin. & hic de matrimonio spirituali agitur: alias arbiter post mortem alterius litigatorum non procederet nisi iterum compromittatur in ipsum à successoribus per leges prædictas proxime.

† Vide l. diē proferre. §. 1. & l. sed interpellatur. ff. eo.

† al. ita: electio abbati.

b ¶ Arbitrium.] id est compromissum. ff. eo. diem. §. 1.

c ¶ Cognoscere.] vt ordinarius, vt dixi: alias si ordinarius non fuisset, non posset cognoscere, vt dictum est. Et sic habes, quòd in ordinarium potest compromitti. supr. eo. cum tempore. vbi de hoc.

EXposita.] Communis est diuisio. Secunda. ibi, Licet autem. Abb. Sic.

CASVS. Inter episcopum Feltren. & Belueñ. ex vna parte. & ciues Teruisinos ex altera, super districtu seu iurisdictionibus & rebus alijs quæstio vertebatur, quæ per sententiam Host. episcopi Apostolicæ sedis legati fuit terminata: tandem occasione ipsius sententiæ, quædam discordiæ ortæ fuerunt inter eos: super quibus discordijs partes compromiserunt in ducem Venetorum; vt eius arbitrium seruaretur, obsides super hoc ab vtraq; parte recepit. Papa insuper eidem duci mandauit, vt ad componendum interponeret partes suas. Idē dux contra sententiam legati iniquum protulit arbitrium; Episcopus Feltreñ. conquestus fuit dño Papæ; & ipse scribit quibusdam iudicib⁹ super hoc dicens, quòd licet eidem duci litteras suas misisset, vt ad cōponendū inter poneret partes suas non rñ fuit suæ intentionis immutare sn̄iam legati, vel suscitare quæstiones p eum sopitas: Vnde mādat quatenus nō obstantibus litteris illis, quicquid per prædictum ducē factum inuenerint cōtra sn̄iam prædictā, debeant in integrum reuocare. districtius prohibentes eidem, ne vlterius in compromisso procedat, & compellentes eūdem per censurā ecclesiasticam, ad restitutionem obsidum datorum, vt ipsius arbitrium seruetur. Nōta recurrendum esse ad intentionem scribentis. Item arbiter de alio arbitrari non debet nisi de quo compromissum est: quod si fecerit, non valet: & ita forma compromissi seruanda est.

Feltren. Filien.

† Belueñ. Belien.

quidā nihilominus B. Colonieñ. canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia proferri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B. allegauit, a quod procedere vlterius non deberes. Quapropter tibi edoceri a nobis humiliter postulanti, breuiter respondemus, quod licet arbitrium b sit finitum per mortē ipsius † H. prius tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere, c quam processus fieret ad secundum: nam si dictus C. superstes in electio ne ius habet, secundā constat penitus non valere.

¶ Idem electo † & abbati sancti Zenonis & C. canonico Veroneñ.

¶ Arbiter post rem iudicatam super discordijs nouis assumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam si de componendo inter partes mandatum acceperit à Papa.

CAP. XI.

EXposita nobis Feltrē. † & Belueñ. † electi petitio continebat, quod cum causa, quæ inter ante cessorē suum ex parte vna, & ciues † Teruisinos ex altera, super districtu & reb. alijs vertebatur, per sn̄iam Hostiensis episcopi tunc Apostolicę sedis legati fuerit terminata: & infr. Tandem super quibusdā discordijs, quæ hinc inde videbātur exortæ, d in ducē Venetorū tāquam in arbitrū, cū parte altera cōpromisit; e & inf. ¶ Licet autem eidē duci litteras nostras miserimus, vt ad cōponendum inter partes laborare dēret, cū tamen intentionis f nostræ non fuerit immutare

† Belueñ. Belien.

d ¶ Exortæ.] ex hoc patet, quòd compromissum non fuit factum super ijs quæ in sententia continebantur, sed super discordijs quæ postea ortæ sunt.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

e ¶ Cum parte altera compromisit.] supple, in ducem, qui contra sententiam veniens iniquum arbitriū promulgauit: & sic potest compromitti in laicum de rebus ciuilibus, vt hic dicitur. sed nō de spiritualibus. vt sup. eo. contingit. vbi de hoc. Sed qualiter potuit compromitti in ducem de his super quibus sententia lata erat? nam transactio siue compositio fieri debet de re dubia, & lite incerta. ff. de transactionib. l. 1. sed cum res hic certæ erant per sententiam, à qua non fuit appellatum nec supplicatum: ideo transigi siue comprometti non potuit. 1 C. de transact. si causa. & ff. de transactionibus & post rem. & ff de cond. indeb. eleganter. §. si post. Ad quid compromissum fuit hic de certa re? hęc dubitatio soluitur in littera: quia nō fuit compromissum ad hoc vt sententia mutaretur, sed vt illi duo duce mediante, desisterent ab iniurijs quas faciebant episcopatibus illis, vt infra sequitur.

1 Host. bat huic biectioni cens propo hoc com missum ualuisse. And.

f ¶ Intentionis.] semper recurrendum est ad intentionem scribentis, vt hic dicit, & supra de procu. petitio. & supra de offic. ord. licet. & sup. de vsu pal. ex tuarum. & infra de præbend. cum causam. & ca. vlti. quia eius est interpretari cuius est condere. infra de sent. excom. inter alia. & 11. qu. 1. sicut. §. ex his. & C. de legibus. l. vlti.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Reuo-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

De multis huc spectãti b. vide Spec. tit. de arb. §. vlt. & Dynũ in c. scienti. de regu. iu. lib. 6.

a ¶ Reuocetis.] sed vr q̃ arbitriũ tale non sit reuocandum, siue sit æquũ siue iniquũ. ff. de arbit. diẽ. §. stari. Dicas ergo q̃ siue quis fuerit arbitrator siue amicabilis cõpositor, non est standũ iniquo arbitrio, sed reducendum 1. ad arbitriũ boni viri. ff. pro so. l. societatem. §. arbitrorum. immo & si iurasset dẽt reuocari. j. de iureiuran. Quintanallis. & ff. de ritu nup. quanq̃. ff. de oper. li. si liber tus. siue etiã arbiter fuerit, & codẽ mõ nõ est standum iniquo arbitrio. ē. e. c. 1. & 2. & præterea reuocatur, quia iam latũ erat cõtra sniã directe, sed sup hoc nõ fuerat cõpromissum vt sniã reuocaretur per arbitriũ fm q̃ in litera dr. & arbitriũ non extenditur nisi ad ea tñ, de quibus cogitatum est & expressũ in cõpromisso. ē. e. cum dilecti. vbi de hoc. Bern.

[Glos. seq. allegat tres conco. & duo iura in p̃rium, & sol.]

b ¶ Obsidum.] sic. j. de iureiu. ex rescripto. & 23. q. vlti. vt pridẽ. & ff. qui test. facere poss. obsides. Sed p̃dñt leges: quia liberi homines obligari non possunt. C. quę res pig. obl. pos qui filios: & j. d. pi. lator. Solut. obsides bene dari possunt: vt dicũt iura primo inducta: nec dicũtur obligari loco pigneris, sed tenẽtur obsides, vt fiat quod inter partes conuenit, & ita cũ solutum sit arbitriũ & reuocatũ

2 Vide not. per Doc. in tui: 2 quia sublato ca. ex rescripto. & ad nostrum. j. de fid. instr. ta in c. 2. de iter dilectos. j. d. foro comp. si diligẽti.

arbitriũ & reuocatũ debent obsides restituere principali, & accesso rium. j. de fid. instr. ta in c. 2. de iter dilectos. j. d. foro comp. si diligẽti.

I Nnotuit. Nõ valet cõpromissũ de incerta persona i arbitrũ assumẽda. h. d. quo ad titulũ. primo ponit factũ. so dat iudices. ibi, Ideoq;. Abb. Sic. CASVS. Quidam laicus nomine O. impetrauit litteras cõtra Gul. laicũ sup quadã summa pecuniæ, ad quosdã iudices delegatos, corã quibus dictus Gul. conuentus in causam, tandẽ fuit a partibus in duos arbitros compromissum, ita q̃ si illi duo adinuicem discordarẽt, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se potestate compellẽdi partes ad obseruandũ arbitriũ per dictos arbitros promulgandũ. sed cũ dicti arbitri nõ possent esse concordes, dicti iudices tertiũ adiũxerunt, qui cũ altero illorum dictũ Guli. condẽnauit: idẽ Guli. a dictis iudicibus compellebat sniam obseruare: inde sentiẽs se aggrauari, ad sedẽ Apostolicã appellauit. sed ip. si eius appellatione contempta, tulerunt excõicationis sniam in eundẽ: vnde mãdat Papa, quatenus si ita est, dictã sniam denunciẽt esse nullã, cum iure sit ciuili statutum, vt cõpromissum de incerta persona assumenda in arbitriũ non teneat. No. q̃ compromissũ de incerta p̃sona i arbitriũ assumenda nõ tenet. Itẽ sententia excommunicationis post legitimam appellationẽ lata, nulla est.

[Glo. seq. dat simile de iudice. secũda pars rec. per q. an potuerint delegati sibi retinere executionẽ arbitrij.]

snĩã ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare. Mandamus quatenus (p̃fatis litteris non obstantib.) q̃quid per p̃nominati ducis arbitrium, cõtra ipsius legati sniam inueneritis esse factum, in irritum reuocetis, [a] ei districtius inhibentes, ne vlterius in cõpromisso procedat, eundem ad restitutionem ob sidum [b] occasione illius cõ promissi sibi datorum, vt ipsius arbitriũ seruaretur, per censuram ecclesiasticam compellentes.

¶ Gregorius nonus decano, & magistro P. canonico sancti Petri Atrebarẽ. diœcesis.

¶ Non valet compromissum factũ in duos siue plures, hoc adiecto, vt in casu discordiæ eligatur tertius per eosdem, vel alios. h. d.

CAP. XII.

INnotuit nobis Gulielmo laico conquerente, quod cum O. laicus, ipsum super quadã summa pecuniæ corã iudicib. auctoritate Apostolica conuenisset, tandem fuit a partibus in duos arbitros compromissum; sic tamen q̃ si illi duo aduicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se compellendi partes ad obseruandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominus potestate. [c] Cumq; tertius arbiter a iudicib. p̃dictis electus, cum altero duorum ipsum parti alteri condemnasset, idẽ ex eo sentiens se a prędictis iudicibus grauari, q̃ ipsum ad obseruantiam † huiusmodi arbitrij compellebant, nostram appellauit audientiam, sed ipsi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt sententiam in eundem.

¶ Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, cum legali [d] sit prouisione statutum, vt compromissum de incerta persona in arbitrium assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denunciẽtis penitus nullam esse. †

¶ Idem abbatissæ, & conuentui Iotren.

¶ Valet compromissum factum in vnum vel in plures, vt ipsi per se causã diffiniant, vel per alios, quos ipsi elegerint. h. d. secundum intellectum quem sensit gl. hic, & Inn. in c. præcedenti qui placet mihi, Pan.

c ¶ Potestate.] sic & cõpromittitur in iudicẽ retenta delegata potestate. j. de pb. nisi. &. j. de p̃sump. litteras. & tũc iudex põt vti delegata iurisdictione si expedierit, & arbitraria potestate, vt in dec. nisi. sed hic non poterãt retinere huiusmodi arbitrij execution, nisi per prorogationẽ iurisdictionis de consensu partiũ, quæ hic interuenit. sed hic nõ valuit prorogatio: quia nõ valuit cõpromissũ de incerta persona assumenda, & sic non poterat fieri executio, licet intenderẽt prorogare iurisdictionẽ delegatã de vno negotio ad aliud. B.

† obseruationem.

[Glo. seq. dat simile de iudice, procuratore, & tutor. signat p̃trariũ decr. & x. &, remittit, elicit tria argumẽta: signat cõtrariũ dec. cũ speciali. & dupliciter sol.]

† Vide l. ita si vnus. §. si duos. ff. e.

d ¶ Legali. vt ff. eo. item si vnus. §. si in duos. quia cõpromissum de incerta persona nõ valet, vt ibi dicit: quia in assumẽda illa tertia persona, ifi iudices poterant dissentire, & sic res sine exitu futura est. argu. contra. j. e. & x. Sed ibi soluitur. Et sic iudex certus esse debet. alias non valet cõmissio. ē. de referi. ad hæc. & sic procurator certus esse debet. ff. de proc. l. 2. sic & tutor incertus dari non põt. ff. de test. tut. tutor incertus. & l. duo sunt Titij. & Instit. deleg. §. tutor. & ideo cum a principio nõ tenuerit cõpromissũ, licet fuerint postmodũ concordes in assumẽda tertia persona, non tñ tenuit arbitrium, & sic nec sniã etiã excõicationis p̃pter hoc lata. Et sic ē arg. q̃ si principale nõ tenet, nec accessoriũ. j. de so. cõp. si diligenti. & j. de fi. instr. iter dilectos. & C. de leg. non dubium. Item est arg. q̃ ab amitto non tenet, posita nõ cõualescit. ff. de regu. iur. quod in initio & 16. q. 3. c. placuit. §. põt. ver. q̃ si priuatus. Itẽ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

